DE CICERONIS LIBRIS DE LEGIBUS RECENSENDIS.

Dissertatio Inauguralis,

quam ad summos in philosophia honores
ab amplissimo philosophorum Marpurgensium
ordine rite capessendos

scripsit

Erdwin
Erduinus Schramm
Hildesiensis.

Inest Birtii de *quo* dativo appendix.

Marpurgi Chattorum
1897.

Dissertatio ab amplissimo philosophorum
Marpurgensium ordine probata
a. d. XV. Kal. Sept. a. MDCCCXCVI.

Manibus patris carissimi
matrique superstiti.

Recensio plurimorum Ciceronis librorum, qui ad philosophiam spectant, praecipue fide trium codicum, Vossiani **A** 84, Vossiani **B** 86, Heinsiani **H** 118 nititur. Quos tres codices redire ad unum corpus certum est, quod extabat in Gallia et complectebatur libros de natura deorum, de divinatione, Timaeum, de fato, topica, paradoxa, Lucullum, de legibus libros. Sed inter viros doctos lis est, num codex **H**einsianus eadem sit auctoritate qua Vossiani. Etenim Halmius, qui primus hos codices omnium praestantissimos et praeter Vindobonensem prorsus mutilatum antiquissimos esse cognoverat, Heinsiani fidem non ita magnam esse ratus, quippe qui ex eodem archetypo cum Vossianis derivatus esset, in legibus tullianis edendis maxime Vossianorum auctoritate nisus est. Eum secutus Vahlenus, cuius legum tullianarum editio anno MDCCCLXX apparuit, ad Vossianorum solam memoriam verba Ciceronis recensuit iisque tantum locis, quibus primitiva scriptura in utroque Vossiano lituris et correctionibus deformata erat, Heinsiani lectiones admisit. Hunc enim codicem, qui ex eodem fonte manasset et in plurimis cum Vossianis consentiret, tamen nonnusquam veras scripturas, quae in archetypo extitissent, tenuisse arbitrabatur, nonnullas quoque arbitrio correctas. Ei opinioni primus Muellerus repugnans in praefatione suae legum editionis Vahlenum non recte de codicis Heinsiani natura iudicasse dixit, nam hunc codicem nusquam esse neglegendum, arbitrio autem correctas scripturas nullas habere. Muellero adsentiens Jordanus in symbolis ad historiam linguae latinae a. MDCCCLXXIX editis leges ficticias, quas Cicero secundo et tertio legum libro constituit, denuo edidit, quoniam ex Vahleni editione codicem Heinsianum neglegente non recte iudicari posset, quas rationes Cicero in sermone prisco imitando secutus esset. Nihilominus Vahlenus in sententia sua permansit, sed

in altera editione a. MDCCCLXXXIII typis expressa omnem lectionum Heinsiani codicis varietatem, quam in prima editione selectam dederat, adnotavit et in praefatione Muellerum et Jordanum vehementissime vituperavit, quod in re haud ambigua tam prave iudicassent. Insequenti anno Jordanus „quaestiones tullianas“ edidit, in quibus speciminis causa libri primi discrepantiam scripturae attulit et codicem Heinsianum e communi archetypo insigni accuratione descriptum et ex eiusdem archetypi apographo Vossianos esse descriptos exponere conatus est.

Iam ego, quae sit fides codicis Heinsiani et quo cognationis vinculo cum reliquis libris manuscriptis coniunctus sit, mihi disputandum proposui. Codices autem, quorum auxilio in recensendis de legibus libris utuntur editores, sunt hi: **A.** Leidensis inter Vossianos Lat. in fol. 84, s. IX—X. **B.** Leidensis inter Vossianos Lat. in fol. 86, s. X. **H.** Leidensis, Bibl. publ. Lat. 118, s. XI (al. Heinsianus). **F.** Florentinus, Bibl. Laurent. Marcianus n. 257, s. X. **M.** Cod. Bibl. Universitatis Monacensis n. 528. s. XI.

De habitu, aetate, historia horum codicum cf. Schwenke, apparatus criticus in Ciceronis libros de natura deorum, qui extat in ephemeride The classical Review (anni 1890/91). Praeter codices, quos supra attuli, Schwenkius etiam de codicibus **P** et **V** egit (**P.** Codex Bibl. Vaticanae inter Palatinos n. 1519, s. XI. **V.** Vindobonensis Bibl. Caesareae Palatinae n. 189, s. X. vel IX.—X.), qui tamen codices libros de legibus non continent. Etiam ex quinque codicibus, quos supra nominavi, duo tantum, **A** et **F**, libros de legibus totos exhibent, **H** enim deficit in voce *nichil* p. 175,1 et in codice **M** desunt I § 32,6 *idcirco* — § 41,6 *testem*, II § 24,17 *atque* — § 31,7 *domi*, et in codice **B** III § 40,10 *saepissime* — § 42,9 *permovet*, § 48,13 *leges* usque ad finem. Accedunt porro ad hos codices Hadoardi presbyteri excerpta **K** s. IX. vel IX.—X., de quibus egit Schwenkius, phil. suppl. V, 399 ss.

Antequam rem ipsam adgrediamur, praemittendum est iudicium, ad quod perventuri sumus, non in omnibus libris illis tullianis, quos supra attuli, sed tantum in his de legibus libris valere.

Ac primum quidem agendum erit de tribus praestantissimis codicibus, **A, B, H.** Quos codices, ut iam supra commemoravi, ex eodem archetypo derivatos esse constat, qui non multo vetustior erat quam libri nobis servati et ipse quoque vitiis omnis generis inquinatus erat; de quo archetypo scripserunt C. F. W. Muellerus in Fleckeiseni annalibus a. 1864 pp. 127—147, 261—281, 605—631 et O. Dieckhoffius, de Ciceronis libris de natura deorum recensendis, Gottingae 1894 p. 6—14. — Porro, ut hoc praemittam, quod etiam postea melius apparebit, utrumque Vossianum artiore vinculo cohaerere et ex eodem fonte ductum esse certissimum est.

Age vero nunc consideremus, qua necessitudine codex **H** cum Vossianis iunctus sit et quae fides sit huius codicis.

Ac primum quidem, qualis fuerit scriba Heinsiani et quomodo describendi munere functus sit, optime perspicuum fiet eis locis allatis, quibus Vossiani veram lectionem exhibent contra Heinsianum. Qua in re manifestum est eas tantum rectas scripturas esse afferendas, quae prima manu scriptae sunt neglectis correctionibus, quas tres illi codices experti sunt.*)

Atque varia sunt genera vitiorum, quae inveniuntur in Heinsiano; quae si paulo accuratius inspexeris, scribam codicem bono consilio, sed summa neglegentia scripsisse atque linguae latinae maxime inscium fuisse mihi concedes.

Incipiam a nonnullis vitiis, quae ex pronuntiatione orta sunt:

p. 40,12 *in hortulis* AB, *inortulis* H. 119,5 *contrahit* AB, *contrait* H. 161,10 *hercle* AB, *ercle* H. 10,8 *posset* AB, *possed* H. 72,11 *esset* AB, *essed* H. 125,11 *atque* AB, *adque* H. 152,9 *ad* AB, *at* H. 162,10 *quod* AB, *quot* H. 164,4 *imperandi sed*

*) Usus sum editione Vahleni altera a. MDCCCLXXXIII typis expressa respectis etiam accuratissimis collationibus, quas fecit vir doctissimus P. Schwenkius, qui bibliothecae regiae universitatis Regimontanae praeest, summaque benignitate ad me misit. Nonnullis quoque locis Heinsianum codicem maxima liberalitate viri doctissimi Guil. du Rieu, qui bibliothecae Leidensi praeest, huc transmissum et ipse inspexi. Afferendae sunt etiam collationes, quas fecit H. Deiter, de Ciceronis codicibus Vossianis 84 et 86 denuo excussis, Auricae MDCCCLXXXV, et idem, de Ciceronis codice Leidensi 118 denuo collato, Emdae MDCCCLXXXII.

AB, *imperandis et* H. 78,16 *scitum* AB, *situm* H. 101,15 *sciscam* AB, *siscam* H. 73,14 *cognosse* AB, *cognosce* H. 131,3 *cognosset* AB, *cognoscet* H. 135,3 *non si ad* AB, *non sciat* H. 143,1 *incitatus* AB, *insitatus* H. 14,5 *attice* AB, *atice* H. 101,2 *africanus* AB, *affricanus* H. 29,4 *expressit* AB, *expresit* H. 165,5 *imperassit* AB, *imperasit* H. 170,1 *prohibessint* AB, *prohibesint* H. 122,9 *pecuniam* AB, *peccuniam* H. 165,9 *pecuniam* AB, *peccuniam* H. 166,6 *pecuniasque* AB, *peccuniasque* H. 78,11 *definienda* AB, *diffinienda* H. 117,4 *vexat* AB (sed in A in ras. maiore 2), *vixat* H. 17,4 *habetote* AB, *habeote* H. 170,4 *habento* AB, *hanto* H. 151,3 *fraude* AB, *frande* H.*) 155,3 *laude* AB, *lacide* H.*) 5,10 *quorsum* A (*cursum* B), *quosum* H. 26,9 *bacis* A (*bagis* B), *vacis* H. 165,4 *imperabit* AB, *imperavit* H. 39,14 *xenocrate* AB, *xeno grate* H. 79,11 *absorbeat* AB, *obsorbeat* H.*) 126,12 *ardentis tum* AB, *ardent iustum* H. 134,4 *coniungi* AB, *cungungi* H.

Haec sunt peccata scribae Heinsiani ex pronuntiatione orta, reliqua vero genera vitiorum illius librarii sunt haec:

Singula vel plura verba omittit librarius:

p. 8,2 *aut ad fabium* AB, *aut fabium* H. 23,14 *id in rerum natura* AB, *id rerum natura* H. 28,9 *vim* AB, — H. 29,1 *quae conciliatrix est* AB, *quae conciliatrix* H. *est*, non prorsus necessarium, consulto omissum esse non arbitror, cum eiusmodi mutationes alias in H non inveniantur. 29,1 *neque enim* AB, *neque* H. Verbum *enim* hoc loco desiderari non potest, quia enuntiatum, quod incipit a vocibus *neque enim* causam affert, cur scriptor *omittat opportunitates.* 43,2 *aut incauti potius* AB (*totius* corr. m. 2 in *potius* B), *aut incauti* H. Quid haec verba sibi velint, bene Vahlenus in adnotatione mihi videtur demonstrasse iisque ipsis, quae dicit vir doctissimus, apparet vocabulum *potius* minime supervacaneum esse. 54,8 *per se* AB, om. H, *per se* haud dubie hoc loco necessarium est. 60,15 *bonum esse quod honestum esset* AB, *bonum esset* H. Omisit igitur scriba verba *esse quod honestum*, cum aberravit a voce *esse* ad vocem *esset.* 64,1 *atque utinam esset etiam facultatis*

---

*) de his cfr. Birti disputationem mus. Rhen. a. 1897 supplem. p. 77 et al.

meae AB, *atque utinam esset facultatis meae* H. Sed vocabulum *etiam* hoc loco non ita necessarium mihi videtur esse neque quisquam, ut opinor, *etiam* suppleret, si deesset. 64,11 *tanta vis est* A^2B^2, *tanti aut sed* B^1, quae lectio etiam in A ante rasuram videtur fuisse; om. H, qui aberravit ad eandem vocem *tanta* (ante *sententia*). 68,5 *factaque et* AB, *factaque* H. Sed haud scio an cum errore scriba voce *que* inductus *et* consulto omiserit. 68,15 *et ut spero* AB, *et spero* H; unde error scribae natus sit apparet. 78,10 *ignoremusque vim sermonis* AB, om. H, antecedit enim *sermonis*, unde oculi aberraverunt. Ceterum falsum *sermonis*, quod praebent AB quodque iam in archetypo extitit, ex antecedenti *sermonis* ortum est; recte Vahlenus mihi videtur correxisse *rationis*. 86,3 *omnium* AB, om. H. 120,3 *animisque* AB, om. H. 121,14 *respondit* AB, om. H. 122,5 *et* AB, om. H. 122,8 *in* AB, om. H. 123,5 *vero* AB, om. H. 124,1 *etsi haec* AB, om. H. 124,3 *sermo* AB, om. H. 129,2 *vel* (ante *hominum*) AB, om. H. 134,9 *hoc idem* — 10 *donatione* AB, om. H, qui aberravit ad eandem vocem (v. 10). 137,1 *tantundem caperent quantum* AB, . . . *dem* — *quantum* om. H, qui a *tantum* aberravit ad *quantum*. 146,9 *qui* AB, om. H. 154,3 *nam* AB, om. H. 155,7 *eisdem* AB, om. H. 157,11 *nisi* AB, om. H. 165,4 *ab eo* AB (*habeo* B), om. H. 166,2 *senatus] natus* AB, om. H. 167,4 *potestas* AB, om. H. 169,3 *auspicia patrum sunto* AB, om. H. 171,11 *populo* AB, om. H. 174,5 *probat* AB, om. H. 174,8 *et* AB, om. H.

Deinde saepe scriba singulas litteras, vocales vel consonantes, permutavit, velut **t** et **c**:

p. 10,20 *tum* AB (*tu* corr. m. 2 B), *cum* H. 14,7 *dicam* AB, *ditam* H. 16,18 *tum* AB, *cum* H. 28,4 *tum* AB, *cum* H. 36,2 *tum* AB, *cum* H. 38,3 *tum* AB, *cum* H. 43,3 *tum* AB, *cum* H. 64,9 *tum* AB, *cum* H. 89,9 *tum* AB, *cum* H. 104,12 *tum* AB (sed in ras. m. 2 A), *cum* H. 115,17 *tum* AB, *cum* H. 119,5 *tum* AB (ante *contrahit*), *cum* H. 125,7 *tum* AB, *cum* H. 128,6 *tum* AB, *cum* H. 144,1 *tum* AB, *cum* H. 136,1 *quin etiam* AB (*n* corr. 2 in **A**), *qui nec iam* H. 152,3 *sepulchri bustumve* AB (sed in ras. m. 2 **A**), *sepulchribus cum ve* H. 154,3 *a Cecrope] acecrope* AB, *a cetrope* H. 155,9 *reciniis*, AB, *reti-*

niis H. 162,9 *tam* AB, *cum* H. 165,4 *provocatio nec esto] provocatione cesto* AB, *provocatio ne testo* H (sed in H *provocatio* et *ne* recte seiuncta sunt). 171,10 *qui nec* AB, *quin et* H.

d et **cl** vel **ol**:

p. 10,5 *clitarchum] clitarcum* A, *clitharchum* B, *diterarum* H. 20,5 *saeclis* AB (*seclis*, *cl* in ras. corr. 2, fortasse ex *d* B), *sedis* H. 62,1 *praeclare* AB, *praedare* H. 117,9 *damnet atque* B, *dumnet* A, *olamatque* H(!) qui tamen hoc loco videtur consentire cum Vossiano A, cum in utroque syllaba *net* exciderit.

ui et **iu** vel **in**:

p. 19,4 *uis sit* AB, *iussit* H. 45,8 *deuincta* AB, *deiuncta* H. 49,4 *virtus quae] uirtusque* AB, *iuriusque* H. 52,6 *uiri* AB, *iuri* H. 64,4 *uivendi* AB, *iuvendi* H. 96,4 *uirgetaque* AB, *iurgetaque* H. 138,2 *ius et e medio] iuse temedio* A, *ius et emedio* B, *inestemedio* H. 139,1 *cuius* AB, *ciuius* H. 142,7 *ritu in eo* AB (sed *ritu* in ras. 2 A), *rit iuneo* H. 146,10 *uiri* AB, *iuri* H. 155,8 *(decem) uiri in* AB, *(decem) iurim* H. 158,15 *uiri* AB, *iuri* H. 165,10 *uindicauto* AB (*uindicato* B, om. comp.), *iudicanto* H. Sed potest haec lectio etiam coniectura orta esse. 171,12 *vis* AB, *ius* H.

in et **m** vel **ni**:

p. 17,15 *pomponi* AB, *pompom* H. 21,5 *pomponi* AB, *pompom* H. 68,7 *quom tot* AB, *quo in tot* H (*t* extr. in ras. corr. m. 2). 93,3 *mentem* AB, *intem* H. 104,11 *in agris* AB, *magris* H. 136,7 *meo* AB, *in eo* H. 141,5 *in eos* AB, *meos* H. 145,1 *in eo* AB, *meo* H. 150,8 *qua in* AB, *quam* H. 168,7 *ni* AB, *ini* H (sequitur *interfuit,* cuius vocis priorem *i* seiunxit scriba a suo vocabulo).

u et **ii** vel **n** vel **ci**:

p. 61,18 *iisque* AB, *usque* H. 79,12 *si in ius vocat* AB, *si unus vocat* H. 123,1 *impii ne* AB, *impune* H. 126,12 *metu tum* AB, *met citum* H.

a et **o** vel **u**:

p. 4,5 *potuerunt* AB, *patuerunt* H. 120,2 *ob* AB, *ab* H. 159,1 *animorum* AB, *animarum* H. 13,10 *experiundo* AB, *experiando* H. 15,5 *professos* AB, *professus* H. 119,5 *excitatos* AB (*excitatatos* B), *excitatus* H. 140,5 *torquatus* AB, *torquatos* H. 171,11

loco AB, *locu* H. 25,2 *vere* AB, *aere* H. 47,8 *conservandas* AB, *conservandos* H. 51,3 *certos* AB, *certas* H. 58,2 *iudicandam* AB, *iudicandum* H. 129,9 *exciderant* AB, *exciderunt* H.

Reliqua huius modi peccata sunt haec:

p. 5,6 *proculo* AB, *proeulo* H. 170,1 *creassit* AB, *erat sit* H. 146,6 *credo* AB, *oredo* H. 16,2 *stillicidiorum* AB, *stellicidiorum* H. 62,10 *diiudicari* AB, *diiudicare* H. 158,14 *huius* AB, *iuius* H. 43,7 *auro* AB, *duro* H. 21,10 *ordienda* AB, *ortuenda* H. 27,5 *consecuta* AB, *consecula* B. 44,6 *erubescant iam* AB, *erubescandam* H. 128,4 *textile ne* AB, *texulene* H. 148,6 *acilius* A, *acillius* B, *acilitis* H. 146,4 *tam* AB, *iam* H. 85,9 *apuleias* AB (sed in A *ej* in ras., in B *p* corr. ex *b*), *apuletas* H. 146,11 *credo tite* AB, *credonte* H. 149,6 *pos funus* AB, *possimus* H. 157,2 *in funus* AB, *infimus* H. 84,9 *in* AB, *ut* H. 96,3 *vidento* AB, *vidente* H (cf. p. 94,5).

Tum nonnulla vitia eo orta sunt, quod verba in eo libro, ex quo hausit scriba codicis Heinsiani, per compendia scripta erant:

p. 10,17 *memoriam* AB, *memoria* H. 16,2 *an ut* AB, *aut* H. 19,6 *nomine* AB, *non est* H. 20,9 *repetamus* AB, *repetam* H. Dubium esse non potest, quin A et B veram praebeant lectionem (cf. *capiamus* v. 4), quamquam *repetam* non prorsus falsum est. Sed in ambiguo est, utrum coniectura *repetam* ortum sit an librarius compendium neglexerit. 21,6 *natura* AB, *nara* H. 22,11 *quid est* AB, *quidem* H. 41,1 *autem* AB, *aut* H. 51,9 *quom* AB, *quoniam* H. 64,9 *quod est* AB, *quodem* H. 67,9 *quomque* AB, *quoque* H. 80,3 *senior est* AB, *seni|orem* H. 84,10 *quam si* AB, *quasi* H. quam lectionem interpolationem esse non puto. 89,4 *autem* AB, *aut* H (cf. supra 41,1). 89,6 *firmentur* AB, *firmetur* H. 93,5 *obeunto* AB, *obeuto* H. 97,1 *temperanto* AB, *temperato* H. 98,5 *praeter* AB, *pter* H. 110,1 *possint* AB, *possit* H. 113,10 *nisi omnes* AB, *nisio* H. 124,5 *tum* AB, *tu* H. 125,4 *detulimus* AB, *detuli modo* H (signa *m'* et *m̊*, ut videtur, permutata sunt). 128,5 *menstruum* AB, *mestruum* H. 129,3 *cultum* AB, *cultu* H. 129,10 *tamen* AB, *tam* H. 131,9 *autem* AB, *aut* H (cf. supra 41,1 et 89,4). 141,3 *nominarentur* AB, *nominarent* H. 171,7 *idem* AB, *idest* H.

Porro ex dittographia nata sunt:

p. 10,6 *praeterea* AB, *praepraetea* H. 67,8 *quamque rem* AB (*quamquȩ rem* A), *quamque querem* H. 152,3 *vetat* AB, *vetatat* H. 169,4 *ollique* AB, *obliqueque* H.

Restant denique permulta peccata maxima librarii neglegentia orta; atque non pauca eo nata sunt, quod scriba aberravit ad vicinum aliquod vocabulum:

p. 4,4 *canescet* AB (*canes cet, c* m. 2 A), *cene scet* H. 5,14 *sint* AB, *sunt* H. 6,10 *referantur* AB, *resferantur* H. Forsitan cogites *res referantur* in textum recipiendum esse, quod hoc loco non ineptum sit, sed propter sequentem vocem *pleraque* puto praeferendum esse vocabulum *omnia*, quod addidit Ernesti et in textu posuit Vahlenus. *res ferre* autem saepius scribit librarius Heinsiani pro *referre*, cf. p. 54,4, ubi B habet veram lectionem *quoi referunt gratiam* (quam omisit A[1]), H contra praebet *qui res ferunt gratia*, ineptam interpolationem, et p. 71,5 *res ferebas* H (*referebas* AB). 9,4 *librariolis* AB, *liberalio linguis* H. Mihi persuadere non possum lectionem codicis H interpolationem esse, sed unde haec inepta scriptura nata sit nescio. 10,5 *Clitarchum] clitarchum* A, *clitharchum* B, *diterarum* H (cf. p. 10). 10,21 *inlustrabit* AB, *inlustrabat* H, quam scripturam coniecturam esse non existimo, quod sequens *incurret* non mutatum est. 12,6 *senectutisque non inertis* AB, *senectutisque non ertis* H. 12,12 *instituisti* AB, *instituti* H. 14,6 *aliud* AB, *alius* H (ex antecedenti *quintus* ortum). 15,4 *qui id* AB, *quid* H. 15,8 *necessarium* AB, (*necessario* B, ex antecedenti *populo* vel sequenti *vero* ortum), *necessaricum* H. 16,7 *est a te* AB, *est satate* H (!). 16,8 *simus* AB, *sumus* H, quam lectionem interpolatione ortam esse non existimo, quod reliqua eiusdem enuntiati verba non mutata sunt, ut v. 5 *sit*, v. 7 *contineat*, v. 8 *sit*. 18,14 *alte* AB, *altero* H (sequitur *vero*). 20,15 *tenendus* AB, *tenendum* H, quae lectio interpolatione non videtur orta esse, quod sequens verbum *servandus* recte servatum est. 21,8 *quo* AB, *quod* H, aberravit scriba ad sequens *quod*. 23,2 *rationis societas* AB, *rationis et societas* H, in sequenti enim versu *ratione et* praebet H. 23,7 *civitatis* AB, *civitatem* H, sequitur enim *eiusdem*. 25,8 *ut is agnoscat* AB, *ut ignoscat* H. 26,8

non fortuito AB, *confortuito* H (antecedit *consulto*). 28,11 *moderationem* AB, *modo rationem* H. 33,13 *vivendi* AB, *videndi* H. 34,10 *igniculi* AB, *agniculi* H. 40,1 *illis* AB, *illi* H. 45,5 *nihilo* AB, *nichil* H. 49,4 *nomine* AB, *non me* H. 50,4 *habeat* AB, *habet* H. 56,2 *ipsa infamia* AB, *ipsa infamiam* H (sequitur *turpitudinem*). 56,3 *quid* AB, *qui id* H. 59,9 *in vita* AB, *invitam* H (antecedit *naturam*). 61,7 *appellet* AB, *apellet* H. 63,7 *tum* AB, *nam* H, estne ex sequenti *etiam* ortum? 64,8 *praestabilius* AB *(prestabilius* B, om. comp.*)*, *prestabilium* H (sequitur *hominum*). 68,17 *non* AB, *mem* H. 70,4 *sermoni* AB, *sermonem* H. 70,6 *illo* AB, *ille* H. 70,7 *cogito* AB, *cognito* H. 71,9 *inducebar* AB (in B *r* superscr. m. 2), *induebar* H. 72,7 *villam* AB, *ullam* H. 73,2 *modo* AB, *amodo* H (*a* ex antecedenti *amicior* orta est). 74,9 *in astu* AB, *in estu* H (*in* in ras. corr. m. 2). 76,9 *dilapsus* AB, *dilapsum* H, sed dubium est, utrum *dilapsum* neglegentia scribae ortum sit an consulto sequenti *unum* assimilatum. 77,13 *effugisse* AB, *effulgisse* H. 78,3 *quorsum* AB, *cum* H. 78,5 *agendi* AB, *agenda* H (sequuntur *capienda primordia*). 79,1 *quiddam* AB, *quidam* H. 83,3 *potius* AB, *potus* H. 84,13 *cuicuimodi] cuiquimodi* AB, *cuimodi* H. 86,1 *certe* AB, *certis* H (insequente *si*, ut videtur, ortum). 86,7 *et* AB, *est* H. 86,11 *minis* AB, *nimis* H. 87,2 *fuisse thimaeus* AB, *fuisse imaeius* H. 87,10 *numine* AB (*nomine* A), *nomen* H. 88,1 *impiorum* AB, *imperium* H. 89,4 *esse* AB, *esset* H. 89,9 *interpositis* AB, *interpositus* H. 92,6 *habento lucos] habento locos* AB, *habent olocos* H.*) 94,5 *committi* AB, *commiti* H. 95,7 *discunto* AB, *discuncto* H. 95,7 *a* AB, *ad* H. 96,5 *quisque* AB, *quinque* H (*n* forsitan ortum sit ex antecedenti *augurant̄o*). 101,4 *necesse esse* AB (sed *necesse se* B), *necesse* H (om. *ēsse*). 101,17 *mea* AB, *meam* H, qui ad *remittam* videtur aberrasse. 101,20 *animo* AB, *animos* H (antecedit *deos*). 102,5 *nec* AB, *ne* H. 103,1 *sed deus* AB, *sedens* H. 103,8 *inflammasse* AB, *vis flammas esse* H. An est hoc vitium codicis H ineptissima interpolatione ortum? 104,2 *si* AB, *is* H. 105,3 *quasi* AB,

*) Cum etiam in A et B similia vitia inveniantur (cf. Vahleni adnotationem ad p. 95,3 et ad 167,2), reliqua huiusmodi peccata (cf. e. g. 92,6,7), nisi, ubi momentum facere videbitur, non afferam.

qua H. 108,6 *diligenter* AB, *diligentur* H. 108,8 *ex* AB, *et* H. 109,2 *quoi feminis] cui feminis* AB, *custe minis* H. 109,3 *respondendi iuris* AB, *respondent diiuris* H. 113,10 *admirabilia* AB, *admirabili* H. 116,4 *ille* AB (sed in A corr. ex *i*), *illi* H, sequitur *qui*. 116,7 *istam* AB, *tam* H. 116,8 *ademeris* AB, *ade meritis* H. 116,12 *ritu* AB, *ritum* H, qui ad *multorum* (v. 11) videtur aberrasse. 117,1 *diagondas* AB, *digondas* H. 117,3 *sic aristophanes* AB, *siccaristophanes* H. 118,1 *circoque* AB, *circaque* H, antecedit *cavea*. 119,5 *remittit* AB, *remit* H. 121,3 *sensim* AB *(sensin* B*)*, *acensim* H, quae corrupta lectio ex antecedenti *qua* videtur esse orta. 121,4 *malis studiis* AB *(malus studiis* A*)*, *malistudiis* H. 121,6 *lacedęmo nervos* AB (om. ¸ A^1), *lace demoveri ve* H. Unde haec corrupta scriptura nata sit, explicare non possum. 121,8 *de ritibus* AB *(deritibus* B*)*, *diritibus* H. 121,10 *pythium* A, *phytium* B (sic saepe in codicibus scribitur), *pyphium* H. 122,11 *rebus* AB, *robus* H. 123,2 *qua* AB, *quam* H. 124,2 *commemoratio* AB *(commemeratio* A*)*, *comeratio* H. 124,4 *reticebo* AB, *raticebo* H. 126,6 *vera* AB, *veram* H (ut opinor, ex antecedenti *errorem* ortum). 126,6 *morte* AB, *mortem* H. 126,11 *nisi* AB, *insidi* H. 127,2 *quo* AB, *quod* H. 127,10 *quis* AB, *quide* H, aberravit librarius ad sequens *idē*. 128,6 *praecipue] praecipuę* AB, *que praecipuę* H. *que* unde ortum sit, nescio, nisi forte ad *itemque* (v. 3) aberravit scriba. 128,6 *decorus* AB, *docerus* H. 129,10 *eas res* AB, *easses* H. 130,2 *moveri* AB, *veri* H. 130,7 *artis est sed* AB, *artius sed* H. 131,1 *pontifices* AB, *pontificis* H. 131,11 *perpetua* AB, *perpetuam* H. 133,4 *heres is* AB, *heredes is* H. 133,6 *ullam* AB, *illam* H. 134,3 *pendere* AB, *pede* H. 134,10 *qui in* AB, *quin* H. 136,7 *homines* AB *(hominis* A*)*, *omnes* H. 136,14 *placuit* AB, *placunt* H. 136,14 *scaevolae* AB, *scaevola* H. 137,7 *iuris* AB, *iunis* H. 139,1 *doctum* AB, *doctus* H, qui videtur aberrasse ad *cuius* vel *Accius*. 140,2 *esse* AB, *esset* H. 141,8 *familiae quod* AB, *familiaeque* H. 141,9 *quem* AB, *quam* H. 142,1 *os* AB, *es* H. 142,2 *quo tempore* AB, *quot p̄t* (h. e. *praeter*) H. 142,11 *dissipari iussit* B, *dissipa†ri iussit A* (videtur *a* littera repetita fuisse), *dissiparius sit* H. 143,3 *corneliis* AB, *corneli* H. 143,7 *et* AB, *esset* H. 145,6 *eadem* AB, *edem* H.

145,6 *praeter* AB, *propter* H. 146,4 *ad* AB, *a* H. 147,12 *ne polito* AB, *ne apolito* H, quae lectio ex praecedenti *ascea* nata est. 148,2 *necessarium* AB, *necesscerum* H. 148,2 *discit* AB, *discite* H, sequitur *extenuatio*. 148,8 *lessum* AB, *lesus* H, falsa terminatio ex praecedenti *Aelius* orta est. 152,5 *funus* AB, *fumus* H. 152,9 *neniae* AB, *veniet* H. 153,11 *removere* AB, *revovere* H. 154,1 *nec* AB, *ne* H. 154,2 *sunt* AB, *sint* H. 154,6 *sinus* AB, *sim* H. 155,5 *phalereus* AB, *phalereu* H (ut videtur). 155,13 *deleat* AB, *ledeat* H. 155,13 *om* AB, *ut* H (antecedit *inferat*, unde *ut* ortum est). 156,3 *sepulchrorum* AB, *sepuchrorum* H. 156,11 *quo* AB, *quod* H, quae tamen scriptura haud scio an sit interpolatio. 157,1 *quocirca* AB (sed *circa* in ras. A[2]), *quod circa* H. 157,3 *increbruisse* AB (*increbuisse* B), *increbuisset* H. 157,6 *eruditissimus* AB, *eruditissimis* H (antecedit *scitis*). 158,12 *quod* AB, *quo* H. 158,15 *summi* AB, *sumus* H, qui aberrasse videtur ad *habemus* (v. 14). 158,16 *a minis* AB, *animis* H (an est inepta coniectura?). 160,1 *habetis* AB, *beatis* H. 160,13 *tene* AB, *teme* H. 161,2 *admiratione* AB, *admirationem* H (antecedit *quem quadam*). 161,2 *saepius* AB, *sepiis* H. 162,1 *generis sui* AB, *generi sui* H. 164,1 *prudentia* AB, *prudentiam* H (praecedit *quorum*). 164,2 *civitas* AB, *civitatis* H (aberravit scriba ad *omnis* [v. 3]). 164,13 *plato titanum* AB, *platonium* H. 164,19 *multa* AB, *multam* H (praecedit *innoxium civem*). 165,2 *esto* AB, *est* H. 165,7 *imploera* AB, *impera* H. 166,1 *signanto litis*] *signato* (om. comp.) *litis* A, *signanto lites* B, *signantibus* H. Aberravitne librarius ad *quibus* p. 165,8? 166,7 *aerarium* AB (*erarium* A), *errarium* H. 169,2 *ast quando* AB, *astorquando* H (antecedit *disceptator*). 169,8 *parcunto se* AB, *parcuntoteque* H. 170,1 *creassit* AB, *erat sit* (cf. p. 11). 170,1 *tribuni eius sunto* AB, *tribus eni sumpto* H, aberravit igitur librarius a terminatione vocis *tribuni* ad *eius*. 170,2 *sanctique* AB, *sanctaque* H. 170,4 *auspicium iudiciumque* AB (...... *quę* A), *aus apiciumque* H; unde error natus sit, apparet. 170,5 *senatus* AB, *senanus* H. 171,9 *sunto (sumpto* A*) senatori* AB, *sunt e sona|tori* H. 172,4 *aerario* AB, *errario* H. 172,4 *agunto* AB, *agito* H. 173,1 *donum ne capiunto* AB, *domum ne capunto* H. 173,6 *liberi* AB, *libri* H. 173,9 *a te* AB, *at* H.

Porro extant nonnulli loci, quibus Vossiani veram praebent scripturam, Heinsianus autem manifesto habet interpolationem plurimis locis prorsus ineptam:

p. 14,10 *quin* AB, *cum* H, quae lectio ad hunc locum minime quadrat. 25,2 *agnatio* AB, *agnitio* H, scriptura hoc loco prorsus inepta, quae tamen haud scio an neglegentia scribae nata sit. 26,3 *natura est* AB, *naturalis est* H, quam lectionem interpolatione ortam esse puto (contra Kleinium, mus. Rhen. 24,496, qui codicum lectiones falso affert), *naturalis est igitur* autem latine vix dici potest. 27,1 *ad usum* AB *(ad†usum* B, fuit *ad husum) ad usus* H. Sed pluralis numerus hoc loco idoneus non est, praesertim cum sequantur *ad fructum* et *ad vescendum.* 29,8 *ex* AB, *est* H. Voluit enim librarius locum sic intellegi *quae (*sc. *natura) profecta ab iis, quorum est prima et inchoata intellegentia, genera cognovit* etc. In aperto est hanc mutationem prorsus falsam esse. 31,1 *argumentamur* AB, *argumentamus* H. Sed non necesse est hanc scripturam Heinsiani interpolatione ortam esse, quoniam etiam errore scribae (sequuntur enim *refellimus, disserimus)* oriri potuit. 33,2 *similitudinem* AB, *similitudine* H, qui *propter quae* pro vera lectione *propterque* legens *similitudinem* in *similitudine* mutavit et cum voce *beati* coniunxit. 33,3 *molestiae* AB, *molestia* H, quae scriptura propter sequentes *laetitiae, cupiditates, timores* inepta est. Ceterum haec lectio etiam neglegentia scribae nasci potuit. 40,10 *voluptatibus* AB, *voluntatibus* H. 41,11 *agitent* AB, *agitant* H. 42,9 *audent* AB, *audient* H. 45,2 *legis inponere* AB *(imp.* A*), legem ponere* H. 45,9 *una quae lex* AB, *unaque lex quae* H. 50,8 *et ea* AB, *ut ea* H, non inepta, tamen falsa coniectura. Nam ut respondent *honesta quoque et turpia simili ratione iudicanda* antecedentibus vocibus *quom et bonum et malum natura iudicetur,* sic etiam *et ea sint principia naturae* melius quadrare ad sequentia *et ad naturam referenda sunt* perspicuum est. 51,2 *contingit* AB *(contingint* B*), contigit* H. 53,8 *una erit virtus, quae malitia (malitiae* B*) rectissime dicetur* AB, *una esse virtus atque malitia rectissime dicetur* H. 54,4 *quoi referunt gratiam* B; om. A[1], *qui res ferunt gratia* H (cf. p. 12). scriba igitur priscam formam *quoi*, quam non intellexit, in *qui* mutavit;

Omnino pro formis *quom*, *quoius*, *quoi* saepius in H quam in AB substituuntur formae *cum*, *cuius*, *cui*, quamquam etiam in Vossianis nonnullis locis hae formae leguntur. Etiam saepius priscae formae in H mutatae sunt, ut 92,9 *ollos* AB, *illos* H. 92,9 *endo* AB, *cum deo* H. 172,1 *turbassitur* AB, *turbassint* H. 171,2 *coeret* AB, *coheret* H (cf. infra, 96,6). 57,11 *retinuissem* AB, *retinuissemus* H (sed cf. quae antecedunt, verba *labebar* et *me*). 60,1 *non* AB, *nos* H, qui ex antecedenti *dicis* supplevit: *dicimus*. Sed forsitan *nos* neglegentia scribae ortum sit. 63,6 *tabulas (tubulas* A*) nec plebiscita desidero* AB, *tabule* (om. ˛) *nec plebiscita disseruntur* H. 75,3 *eam* AB, om. H, qui consulto *eam* videtur omisisse, quam vocem propter antecedentem *caritatem* non intellexit. 76,13 *in lirem* AB, *illirem* H. 78,15 *sententiam* AB, *sententia* H. Totus locus in archetypo sic, ut in AB traditus est, videtur extitisse (*ex* unde ortum sit, in adnotatione ad hunc locum Vahlenus recte mihi videtur ostendisse). *ex — sententiam* autem in Heinsiano in *ex — sententia* mutatum est. 80,11 *fortitudinis* A, *fortitudines* B[1] (corr. m. 2), *fortitudinem* H (antecedit *tantam*). 81,11 *quom* AB, *quod* H. 82,7 *sanxerint* AB, *sanxerunt* H. Lectionem codicum AB elegantiorem esse mihi persuasi, quamquam H non falsam praebet scripturam. 82,9 *quaeque ita* AB, *quae cum ita* H. 86,6 *de eius legis laude dicam] de egis legis laude dicam* AB (*egis* unde natum sit apparet), *de eius lege laudem dicam* H, interpolatio inepta, quam correxit m. 2. 89,3 *praestare* AB *(prest.* A*)*, *praeparare* H (cf. 110,8 *praeparantissimum* H pro *praestantissimum* AB). 95,2 *providento* AB, *providentiae* H. Haud scio an librarius *providentiae* et *grataeque* coniungere voluerit. Sed potuit etiam errore scribae nasci *providentiae*, praecedit enim *hostiae*. 96,1 *asciverit* AB *(adsciverit* cum Muellero scribendum esse arbitror*)*, *adsueverit* H (sed *e* in fine versus corr. m. 2). 96,6 *ollique* A, *illiquae* B, *oblique* H. Videtur librarius priscam formam *ollique*, quam non intellexit, mutasse in *oblique*, quae est temeraria interpolatio (cf. p. 92,9). Ceterum hoc loco A solus rectam servavit scripturam, quam in archetypo fuisse nemo negabit; lectio autem codicis B (nam correctiones fecit m. 2) eo videtur orta esse, quod duplex lectio in eo libro, ex quo fluxerunt AB,

eo tempore, quo B descriptus est, extitit. 98,9 *sacerdotes* AB, *sacerdotem* H, quam vocem cum *expianto* coniungi voluit scriba. 102,10 *eam* AB, *etiam* H. 102,12 *patere ad* AB, *pateretur* H^1. 110,10 *vero* AB, *verbo* H. 112,3 *egone divinationem* AB, *ego dedivinatione* H. 116,5 *quo ne* AB, *quoque* H. 120,7 *publicarum* AB (in A *u* extr. corr.), *publicam rem* H. 126,10 *qui* AB, *quae* H. 148,5 *ne radunto* AB, *ne tradunto* H. Verbum *radunto* propter praecedentem falsam scripturam *cęnas* in *tradunto* mutatum est. 162,7 *vere* AB, *vō* (h. e. vero) H. 166,6 *aevitates* A, *ae vitates* B, *aecivitates* H. In eo libro, ex quo fluxit H, videtur fuisse: $\overset{ci}{aevitates}$, unde scriptura Heinsiani orta est. 170,8 *magistratuum* AB, *magistratium* H. 172,7 *patiunto* AB, *faciunto* H.

Ex elenchis, quos attuli, hoc mihi certissime videtur apparere: scribam codicis Heinsiani linguae latinae minime peritum fuisse, quippe qui 21,10 *ortuenda* pro *ordienda*, 68,17 *mem* pro *non*, 10,5 *diterarum* pro *clitarchum*, 20,5 *sedis* pro *sęclis*, 44,6 *erubescandam* pro *erubescant iam*, 16,7 *est satate* pro *est a te*, 17,15 *pompom* pro *pomponi* bis, 49,4 *iuriusque* pro *virtusque*, plurima alia prava et stulta scripserit. Porro ex his ipsis exemplis, quae attuli, intellegi potest Jordanum errasse affirmantem (quaest. Tullianae p. 8) Heinsianum insigni accuratione esse descriptum itemque errasse Deiterum opinantem (de cod. Heinsiano p. 11) librarium aliquo vitiose dictante codicem scripsisse, quamquam etiam pronuntiatio aliquid valuit in erroribus; librarius enim ipse, dum describit, verba saepe submissa voce pronuntiat. — Jam oritur quaestio, unde interpolationes illae, quas supra attuli, ortae sint. Equidem mihi persuadere non possum scribam ipsum, quem linguae latinae maxime inscium fuisse et nihil nisi describere voluisse manifestum est, coniecturas illas fecisse, sed ex intermedio quodam libro eas fluxisse arbitror. Nam ex ipso archetypo scribam interpolationes illas sumpsisse minime verisimile est, cum consentientibus duobus Vossianis appareat plerasque earum lectionum sic, ut in Vossianis traditae sunt, in ipso archetypo ex-


titisse. — Sed accedunt nonnulla alia, quae Heinsianus propria habet*), quibusque cognosci potest Heinsianum non ex eodem fonte cum Vossianis manasse: nam, cum in Vossianis nominum terminatio saepe *is* sit, *es* fere semper habet, velut in una pagina quinquies: 40,2 *congruentis* AB, *congruentes* H, 40,2 *differentis* AB, *differentes* H, 40,9 *indulgentis* AB, *indulgentes* H, 40,9 *deservientis* AB, *deservientes* H, 40,10 *ponderantis* AB, *ponderantes* H; deinde, Vossianis recte *etiam* tradentibus prima manu nonnusquam *et iam* scriptum praebet**) cf. 20,17, 23,3, 38,3, 40,11, 40,13; 43,9, 47,6, 49,7, 54,6, 63,8, 73,10, 114,5; tum H saepissime pro *mihi* et *nihil michi* et *nichil* habet, cf. Vahleni adnotationem p. 5,4; denique praepositio *ad* in H semper fere assimilata est sequenti consonanti, cf. 7,14 *adgredere* AB, *aggredere* H. 8,9 *admonere* AB, *ammonere* H. 8,9 *adcuratius* AB, *accuratius* H. 10,7 *adsequi* AB, *assequi* H. 10,19 *adsentior assentior* H. 11,14 *adcommodentur* AB, *accommodentur* H. 16,10 *admiraris* AB, *ammiraris* H. 20,13 *adscribi* AB, *ascribi* H. 20,16 *adcommodandae* AB, *accommodandae* H. 34,1 *adprobantes* AB, *approbautes* H. 57,4 *adsunt* AB, *assunt* H. 57,5 *adfutura* AB, *affutura* H. 60,5 *ansentiris* AB (*n* corr. in *d* m. 2), *assentiris* H. 60,11 *adsentiar* AB, *assentiar* H. 68,4 *adflictos* AB, *afflictos* H. 84,10 *adtingunt* AB, *attingunt* H. 85,5 *adficiunt* AB, *afficiunt* H. Tales mutationes ab ipso scriba, qui quomodo descripserit vidimus, factas esse vix probabile est, equidem etiam has ad scribam intermedii libri, ex quo hausisse librarium Heinsiani puto, redire mihi persuasi.

Sed adhuc de locis, ubi Heinsianus falsas lectiones vel interpolatas praebet, locuti sumus; contemplemur nunc eos locos,

*) Non omnia enim discrepantiae exempla attuli: nam saepe et in Vossianis et in Heinsiano, ut exemplis utar, *e* et *ae* et *oe*, *c* et *t*, *f* et *ph* permutantur, velut *pene* pro *paene*, *paena* pro *poena*, *que* pro *quae*, *santienda* pro *sancienda*, *filosophia* pro *philosophia* substituuntur. Etiam *auriendam* pro *hauriendam*, *condam* pro *quondam*, *qorsus* pro *quorsus*, *necleget* pro *negleget*, *exsecrari* pro *execrari*, similia neglexi.

**) Pravam litterarum et syllabarum distinctionem, quae non raro invenitur in his codicibus, maxime in B (cf. Vahleni adnotat. p. 3,6), non attuli nisi ubi momentum facere mihi videbatur.

quibus H veram habet scripturam contra Vossianos. Qua in re videbimus etiam Vossianos non ex ipso archetypo (x), sed ex apographo quodam (y) derivatos esse, cum plurimae rectarum lectionum, quas habet H, quin iam in archetypo extiterint, dubitari non possit. Stemma igitur hoc esse intellegemus:



Sed rem adgrediamur. Atque acriter secernendae sunt eae rectae lectiones, quae coniectura omnino inveniri non poterant, ab iis, quae emendatione poterant nasci. Videamus nunc nonnullos locos, quibus veram Heinsiani scripturam coniectura inventam esse certe negandum est:

p. 6,2 *tamen non nulli* H, *tamen* A, *tamen nulli* B. x igitur habuit *tamen non nulli*; quae lectio in y abiit in *tamen nulli* (om. *non*) = B; A autem vocem *nulli*, quam falsam esse recte intellexit, consulto videtur omisisse. 15,6 *quid* H, *quam* AB. Manifestum est in x *quid* extitisse, scribam autem codicis y, quod oculi ad vocem *quam*, quae extat in proximo versu, aberraverunt, *quam* scripsisse, quae lectio a Vossianis descripta est. 39,4 *sit vides* H, *situ idest* A, *si tu idest* B. y igitur falso separans *id es* legebat, quod in *id est* correxit. 39,14 *Speusippo] speu|sippo* H, *ipseus*|ippo A, *ipse usippo* B. Scriba codicis y *ip*.... scripsit, quod medio aevo saepe scribebant formas, ut *Ispeusippo* cf. e. g. Corssen, über Aussprache, Vokalismus etc. II, 287. 41,6 *et in iis sine* H, *etmussine* AB. Librarius codicis y, qui linguae latinae non peritus erat, *in* et *m*, *ii* et *u* permutavit. 48,6 *possumus* H, *pessimis* AB. 58,2 *tamen* H, *iam* A, *tam* B. Vahlenus in textum recepit *aliquando iam*. Equidem mihi persuasi lectionem codicis H veram esse et *tamen* in archetypo fuisse, quod (scilicet per compendium scriptum) in y in *tam* abiit, quam lectionem servavit B; *iam* autem, quod A habet, unde ortum sit apparet, nam saepius *t* et *i* per-

mutantur (cf. 146,4 *tam* AB, *iam* H). Quod vero attinet ad sensum, scriptura codicis H aptissima est, cum in antecedentibus vocibus *controversam rem et plenam dissensionis inter doctissimos* certe aliquid concessivi, ut verbo utar, insit. Sic enim totum enuntiatum vertendum est: M. „Zu dem höchsten Gut, worauf sich alles bezieht, und, das zu erlangen wir alles thun müssen, fürwahr ein umstrittener Gegenstand, über den die gelehrtesten Männer sehr verschiedener Meinung sind, der aber trotzdem einmal zur Entscheidung zu bringen ist." 60,9 *fuit ille* H (= x), *futile* AB (= y). 64,2 *sed* H (= x), *si* AB (= y). 70,1 *sed vis ne* H (= x), *sed tuisne* AB (= y). 82,6 *inventas* H (= x), *intas* AB (= y). Vahleno non adsentior primitivam scripturam *intas* fuisse affirmanti, sed *inventas* in x fuisse arbitror, quae lectio in y in *intas* abiit. 83,5 *iusti et veri legendi* H, *iusti et curi lendi* AB. Etiam hoc loco Vahlenum errasse arbitror in archetypo *curi lendi* extitisse eamque falsam lectionem a scriba Heinsiani recte mutatam esse putantem. Nam credibile non est stultissimum illum librarium coniecturam tam bonam facere potuisse neque a scriba codicis z rectam illam lectionem profectam esse existimo. Immo multo verisimilius est veram Heinsiani scripturam iam in x fuisse, scribam autem codicis y, qui linguae latinae minime peritus erat, *curi lendi* falso descripsisse. 93,4 *sunto ne uncula] sunt one uncula* H, *sunt onecula* A, *sunt|oneucula* B. Vetus illa scriptura, quae extat in H, coniectura inveniri certe non poterat, sed iam in archetypo x extitit, a scriba autem codicis y non recte descripta est. (In y *sunt oneucula* videtur fuisse; scriba igitur compendium neglexit). 113,3 *Melampodis] melampodis* H (= x), *melanpodis* A (= y), *melan podis* B. 139,1 *Accius] accius* H, *actius* AB. Scriba igitur codicis y de *actio* falso cogitavit. 168,8 *servanto ast quando* H, *servant a si quando* B, *servanto*++ *et quando* A (*o* et *qua* e corr. 2, *et* manu prima scriptum), unde apparet in A ante rasuram non eandem fuisse lectionem, quae est in H. Nonne hoc quoque loco manifestum est priscam illam scripturam *ast* iam in archetypo extitisse? Quae certe coniectura inveniri non poterat, praesertim cum aliis locis priscae formae in H non servatae sint (cf. p. 17).

Haec exempla separatim attuli, quibus etiam Vossianos ex archetypi apographo quodam (y) derivatos esse ostenderem; nunc reliquos locos afferam, quibus H veram habet scripturam contra Vossianos quorumque permultos iam in archetypo x fuisse arbitror:

p. 4,6 *deli se* H, *deli††se* (*se* corr.) AB. Schwenkius adnotat B[1] *delisae* habuisse, quae lectio etiam in A videtur fuisse. 5,3 *antequam* H, *antiquam* AB. 5,8 *athenis* H, *atnis* A, *at uis* B. Verisimile est in x fuisse lectionem codicis H, quae in y in *atnis* abiit, a z (= H) autem recte servata est. 6,2 *nr*, h. e. noster H, *non* A, *nī* B. 6,10 *quinte* H, *qui inte* AB.*) 7,4 *diu uel* H, *diu et* AB. 7,8 *qui litteris* H, *quevi litteris* A, *quituis litteris (t* ante *u* corr. m. 2) B. Mirum est Muellerum, quippe qui Heinsiani auctoritatem tanti aestimet, hanc lectionem in textum non recepisse. Nam in aperto est Heinsiani lectionem veram esse, cum opponantur non Ciceronis litterae et patria. Ceterum etiam hanc Heinsiani scripturam in archetypo fuisse arbitror et in y per dittographiam abiisse in *queui litteris*. 8,5 *exile* H, *exille* (*exillae* B) AB. 11,1 *in illum memorabilem annum* H, *in illum et memorabilem annum* AB, *in illum divinum et memorabilem annum* Vahlenus. Lectionem Heinsiani puto defendi posse et in y *et* ortum esse (fortasse ex praecedenti *etiam*). Exempla autem, quibus coniecturam suam Vahlenus in adnotatione comprobare studet, nihil probant, cum loci, quos affert, praebeant *memorabilis ac divina* vel *commemoranda ac divina*, non *divinus ac memorabilis*. 11,11 *concessum* H, *concensus* AB. 13,1 *relaxes* H, *relaxis* AB. 13,10 *minuere velim* H (= x), *minueri vel in* AB (= y). 13,18 *ais* H, *aliis* AB.

*) Quod attinet ad formas vocis *Quintus* traditum est: *Quinte:* 3,8, 4,15, 63,3, 77,13, 83,6, 174,3, 178,15, 184,5, 187,9, 194,3, 199,4 (*quiinte* B). *Quinto:* 10,9, 189,3. *Quinti:* 21,6. Nonnullis autem locis iam in archetypo extiterunt formae, ut *Quincte*, *Quinctus*, cf. 13,9 *quin†te* A, *quincte* B, *quinte* H. 14,6 *quin†tus* A, *quictus* B, *quintus* H. 17,2 *quin†tus* A, *quictus* B, *quintus* H. 18,17 *quin†te* A, *quincte* BH. 63,10 *quin†te* A, *quite* B, *quinte* H. 79,12 *quin†te* A, *quinte* BH. 91,2 *quincte* B, *quinte* (*re* in rasura maiore) A, qui igitur ante rasuram eandem habuit lectionem atque B, *quinte* H. 126,4 *quincte* BH, *quin†te* A. Itaque in H vel potius in z littera *c* plerumque est sublata.

x videtur habuisse *aiis*, y *aliis*, z autem mutasse in *ais*. 14,1 *ceteri] caeteri* H (= x), *ceteris* AB (= y). *ceteris* in y perfacile potuit oriri, quod antecedunt multa verba in *s* desinentia, cf. in eodem versu *suptilius* vel *subtilius* (nam sic scribendum est, cum consentiant B et H [et A²]) et 13,17/18 *explicas nobis his subsicivis, ut ais, temporibus et conscribis*. 17,10 *explicatis* H, *explicatos* A, *explicabis* B, 19,2 *prohibetque* H, *prohibet quae* AB. 19,8 *delectus vim* H (= x), *detectus vim* AB (= y). 19,9 *quod si* H, *quosit* AB. 19,13 *populari ratione* H (= x), *populari† ratione* A, *popularis rationis* B. In y igitur extitit *popularis ratione* (= A), quam scripturam concinnandi studio ductus B in *popularis rationis* mutavit. 21,9 *regi nam* H (= x), *riginam* A (= y), *riginem* B. 23,9 *parent* H, *parent†* AB (fuit in B *parente*, de A ambiguum est). 23,9 *mentique divinae* H, *menti†que divine* A, *mentio quedivine* B, quae scriptura in A quoque ante rasuram fuit. 23,12 *dicetur* H, *dicitur* AB, 26,6 *ab* H, *ad* AB. 27,2 *fructum* H, *fructuum* AB. 27,2 *vescendum* H, *viscendum* AB. 28,3 *et ad caeli* H, *ad caeli* AB. Non est, cur cum Vahleno *ad caelique*, quae scriptura extat in „deterioribus", in textum recipiamus, cum lectio Heinsiani prorsus apta sit (quam etiam Muellerus recepit). 28,5 *formavit oris* H, *forma tioris* A, *forma ultioris* B, qui hoc loco vestigium veri melius servavit quam A. 28,7 *affecti simus] affectis simus* H (s litteram priorem neglegentia scribae ortam esse in aperto est), *effecti sumus* AB. 29,5 *generavit et* H, *generavit et* AB (sed *t et* in ras. corr. 2). 29,8 *nullo* H, *nullum* AB. 29,10 *rationem* H, *ratione* AB. Scriba igitur codicis y compendium neglexit. 29,10 *perficit* H, „superscriptum" A ut Schwenkins conicit, *pf* m. 1, *icit* add. m. 2). *perfecit* B. 29,11 *quam tu* H, *quantu* AB. 29,12 *ad* H, *at* AB. 30,2 *disputatione* H, *disputationem* AB (= y), antecedit enim *hominum doctorum*. 30,2 *versantur* H, *servantur* A, *vervantur* B (= y). 30,4 *opinione sed* H, *opiniones et* AB. 30,8 *consuetudinum* H, *consuetudinem* AB. 30,12 *quod* H, *quid* AB. y igitur falso compendio videtur usus esse. 30,13 *esset* H, *esse* AB. 30,14 *contineret* H, *continere* AB. 31,1 *refellimus* H, *refellimur* AB (antecedit *argumentamur*). 31,7 *mentis* H, *mentes* AB. 31,8 *discrepat* H, *decrepant* AB. 31,9 *gentis* H, *gentes* AB. 31,10

possit H, *posset* AB. 31,12 *inlecebra] illecebra* H, *incebra* AB. 32,1 *naturali bono* H, *natura libronae* B, *naturalis boni* A² *(alis boni* in ras. 2, fuit igitur ante rasuram in A eadem, quae est in B, lectio) Vahlenus. Non est, cur cum Vahleno correctorem A² sequamur, cum lectio Heinsiani prorsus apta sit, cf. Cic. ad. fam. IX,21 Quid simile habet epistula aut iudicio aut contioni? 32,3 *mentis* H, *mentes* AB. 33,2 *honestatis* H, *hominestates* A, *honestates* B (= y). 33,3 *qui* H, *que* AB. 33,3 *inglorii* H. *ingloriam* AB, 33,4 *cupiditates* H, *cupiditatis* AB. 33,5 *nec* H, *ne* AB. 33,9 *beneficii* H, *beneficii* (*i* alt. e corr. 2) A, *beneficia* B, quae lectio etiam in A ante correctionem fuit. 33,9 *diligit* H, *diliget* AB. 34,13 *poeta* H, *poeta ut* (*a* e corr.) A, *petoa ut* B. In H igitur recte deest *ut,* quae vox in y ex antecedentibus verbis *ut ait poeta* orta est. 36,2 *aliquem* H, *aliquam* AB. 36,3 *effici* H, *efficit* AB. Estne falsa terminatio in y ex antecedenti *contulerit* (v. 2) orta? 36,7 *iam amicitiae nomen occiderit* H, *inamicitiae nomenta (ia* A*) occiderit* AB. Non est, cur alia anquiramus cum Vahleno, cum scriptura Heinsiani sufficiat, quam etiam plurimi editores receperunt. 36,8 *alter* H, *alterum* A, *alteram* (*u* supra) B (*alteri* A²B²). Equidem non dubito, quin Vahleni coniectura *alter quam alteri* recta sit. Fortasse in y lectio sic, ut in B tradita est, scripta erat et haud scio an illud *am* (in fine vocis *alteram*) ex recto *quam* ortum sit. Sed certe in x locus iam corruptus fuit. 37,7 *videtur* H, *videre* AB. 37,8 *ortum* H, *ortus* AB (sequitur *ius*). 37,10 *nos* H, *nobis* AB. 38,2 *quadam* H, *quidem* AB. 38,4 *contineri* H, *continere* AB. 38,9 *officinas* H, *oficinas* AB. 38,11 *huic* H, *hic* AB. 39,2 *sequare sed* H, *sequa†resset* A, *sequar esset* B. 39,3 *tite* H, *titi* AB. 39,7 *explorata* H, *explorata†* A, *exploratas* B, quae lectio etiam in A ante rasuram fuit. 39,7 *ponantur* H, *ponatur* A (= y), *ponatus* B. y igitur compendium omisit. 39,9 *eis* H, *eos* AB. 39,9 *expetenda* H, *expectanda* AB (aperta interpolatio) 39,13 *posset iis* H, *possetis* A, *posse tis* B. 39,14 *academia* H, *achademica* A, *academica* B. 40,1 *manserunt* H, *mansurunt* AB. 40,3 *cum* H, *dum* AB. *est* H, *et* AB. 40,3 *commutatis* H, *communicatis* A, *communitatis* B. 40,6 *virtutibus* H, *virtutis* AB. 40,13 *omni* H, *omne* AB. 40,14 *norunt* H, *norum* AB. 41,1

facessant H (quam lectionem non coniectura invenit librarius, cum eandem praebeat Nonius p. 307,1), *facessat ut* AB. 41,3 *sileat* H, *sileant* AB. 41,4 *scite] site* H, quae lectio ex pronuntiatione est explicanda (cf. supra p. 8), *scito* AB. 41,5 *videntur* H, *viderentur* AB. 41,6 *placare* H, *placere* AB. 41,7 *at* H, *ad* AB. 42,3 *arcere* H, *arceret* AB (sequitur *deberet*). 42,4 *sublato* H, *sublato+* A, *sublatos* B, unde apparet etiam in A *sublatos* ante rasuram fuisse. Ceterum lectio codicis y eo orta est, quod antecedit *impios*. 42,5 *nemo* H, *mo* AB. 42,7 *fingeret* H, *fingere* AB. 43,5 *faciet is* H, *facietis* AB. 43,9 *conloquetur* H, *conloquentur* AB. 43,9 *iuvabit* H, *iuvavit* AB. 43,10 *deducet is* H, *deducit is* A (= y), *deducitis* B. 43,10 *alterius* H, *aliter ius* AB. 44,2 *negabit* H, *negavit* AB. 44,3 *ablaturum* H, *oblaturum* AB. Ne hanc quidem Heinsiani lectionem coniectura inventam esse concedo, sed multo verisimilius nihi videtur esse veram scripturam in x extitisse, scribam autem codicis y, quem linguae latinae minime peritum fuisse tot errores, quos iam attuli, demonstrant, vocales *a* et *o* permutasse, cuius vitiorum generis etiam in H nonnulla extant exempla (cf. p. 10*) 44,3 *negabit* H, *negavit* AB. 44,3 *id natura* H, *innatura* AB. 44,4 *metuat* H, *meluac* A (= y), *metu ac* B. y igitur permutavit consonantes *t* et *c*. 45,1 *quae leges sint] que* (om.) *le|gessint* H, *quae legissent* A, *qui legissint* B. y videtur *quae legissint* habuisse. 45,2 *illi athenis* H, *illathenis* AB, quae lectio in y elisione orta est. 45,4 *iustae] iuste* H, *iusta* AB. 45,5 *haberentur* H, *habererentur* AB. 45,7 *posset] possed* H, *possit* AB. 46,1 *ignorat is* H, *ignoratis* AB. 46,4 *metienda* H, *mentienda* AB. (interpol.) 46,5 *poterit is* H, *poteritis* AB. 46,6 *putabit* H, *putavit* AB. 47,1 *liberalitas ubi* H, *liberali ubi* AB. 47,3 *quia natura* H, *qui natura* AB. Igitur rectam lectionem etiam H[1] habebat teste Schwenkio neque „deterioribus" mss. hoc loco opus erat. 47,7 *non* H, om AB. Equidem mihi persuasi etiam hoc loco *non* in archetypo fuisse et a librario codicis y omissum esse. 47,8 *cum deo* H, *quo deo* A, *quodeos* B (*s* in fine verbi ex sequenti *conservandas* orta est;

*) Sed edoctus a viro doctissimo, Birtio, concedo cam in archetypo x potuisse extare *oblaturum;* solebant enim scribere antiqui *oblatio* pro *ablatio*, similia, cf. Birti disputationem l. l. p. 67.

scriba, qui verba non recte distinxit, falso usus est compendio). Nonne manifestum est in archetypo x *quō deo* extitisse, quae lectio in y in *quod eo* abiit, a scriba autem codicis z in *cum deo* mutata est, qui etiam aliis locis *quom* in *cum* mutavit? Ceterum *quom deo* in textum recipiendum esse arbitror, cum hanc praepositionis illius formam Ciceronis aetate usurpatam esse constet (cf. Jordani quaest. Tull. IV). 47,10 *latrocinari -ius* H, *latrocinarius* AB. 47,11 *supponere* H, *subpore* A, *suppore* B. 47,13 *ut eorum* H (A^2B^2, K), *ut quorum* A^1B^1 (Vahlenus). Lectio Heinsiani vulgatur et aptissima mihi videtur esse. *ut quorum* Vahlenus lectionis Vossianorum servandae nimis cupidus ad apodosin refert, sed talem sententiarum collocationem latinam esse nego. 48,5 *nulla alia nisi naturae norma* H, *nullam aliam nisi naturai norma* AB (y igitur hoc loco priscam formam *naturai* falso tradidit). Vahlenus praepositionem *ad* ad lectionem codicum AB addidit et *naturae* in *naturam* correxit; sed hoc loco Muellero adsentior scripturam Heinsiani, quae apta est, recipienti. Facile enim in y *nulla alia* in *nullam aliam* abire potuit, cum antecederet *legem bonam.* 49,1 *inchoavit* H, *inquoavit* AB, 49,2 *ea autem* H, *autem* AB. *ea* in y omissum est, quod facile fieri potuit, quia antecedit *turpia.* An res aliter se habet? In sequenti enim versu H recte praebet *posita*, B *possit ea*, A^2 *ponere* (praeter *p* in ras.) $= B^2$, unde concludi potest A^1 eandem, quam praebet B^1, habuisse lectionem, et haud scio an illud *ea* in y suo loco motum huc abierit. 49,3 *arboris* H, *arbores* AB. 49,8 *et ut ita* H, *et ita* AB. *ut* in y facile intercidere potuit, quod praecedit *et.* 50,10 *ratione diiudicanda* H, *rationem iudicanda* A, *ratione iniudicanda* B. Muellero adsentior lectionem codicis H recipienti, quam coniectura inventam esse vix probabile est, cum A^2 et K eandem praebeant scripturam. Fuitne in archetypo x *iu*^{di}*dicanda.* Lectio autem codicis y dittographia nata est. 50,10 *naturam* H, *natura* AB. Compendium igitur y omisit. 51,7 *abducit. at vero animis* H, *adducit. ad vero anmis* A, *abducit. ad vero anmis* B (= y). — Dubium esse non potest, quin lectio Heinsiani in archetypo fuerit, et laudandus est Vahlenus, qui hanc scripturam in textum recepit, vulgabatur enim *abducit a*

vero, quam scripturam habent A^2B^2. Sed solum *abducit* satisfacere Vahlenus in adnotatione ad hunc locum demonstravit eique adsentior particulam *at vero* huic oppositioni peraptam esse affirmanti. Igitur scripsit y *ad* pro *at* et etiam hoc loco compendium *an̄mis* neglexit. 52,1 *hac et scabie* H, *haec scabiae* A, *haec et sabie* B. 52,5 *expetendum* H, *expertendum* AB. 52,7 *errare* H, *errore* AB. Etiam hoc loco videtur y vocales *a* et *o* permutasse (cf. p. 25, 44,3). 52,9 *si ius* H, *ius* A, *sius* B. 53,4 *fructum* H, *fructuum* AB, 53,7 *emolumentis* H, *aemonumentis* A, *emonumentis* B. y hoc loco habet interpolationem. 53,9 *maxime* H, *maxu* A, *maxū* B (= y). 54,6 *est* H, *et* AB. 54,7 *quo quid* H, *quod qui* AB. 54,12 *modestia* H, *molestia* AB (interpolatio!). 54,12 *quid de* H, *quide* AB (B bis, A ter!) 55,5 *me istorum* H, *mystorum* AB (in A fortasse corr. y ex i). 55,6 *nullum* H, *ullum* A, *illum* B, 55,7 *notatum* H, *mutatum* A, *nutatum* B. Lectio codicis B videtur in y extitisse, quam A in *mutatum* falso correxit. 56,1 *arcentur* H, *argentur* AB. 56,6 *offensionis* H, *offensiones* AB. 56,6 *deformitas* H, *formitas* AB. 56,12 *aliquos* H, *aquo* A, *aquos* B (= y). 56,14 *contrariam* H, *contrarium* AB. 57,1 *potest | Postremo* H, *potest nam* (in ras. 2.) A, *po | test remo* B, quam lectionem etiam A[1] videtur habuisse. 57,9 *sententiarumque sit atque* H, *sententiarumque si itaque* AB. 57,15 *controversam* H, *controversiam* AB. 58.1 *dissensionis] disensionis* H, *dissensiones* AB. 58,11 *nollent* H, *nolent* AB. 59,4 *una* H, *unam* AB. 59,7 *pertineat* H, *pertineatur* AB. 59,9 *esse* H, *esset* AB. 60,1 *parvam* H, *parum* AB. 60,1 *dicis at* H, *dicis sat* AB. Unde vitium in y ortum sit, apparet. 60,4 *dissiderent* H, *desiderent* AB. 60,5 *adsentiris] assentiris* H, *ansentiris* AB. 60,7 *convellit* H, *convellet* AB, 60,7 *hortulis* H, *ortulis* AB. 60,11 *quoi] cui* H, *quo* AB.*) 60,15 *esset* H, *esse* AB. 61,1 *illa* H, *illo* AB. 61,3 *quom] cum* H, *quod* AB. x igitur praebuit *quom*, y *quod* (qui error eo natus est, quod oculi aberraverunt ad sequentem *quod* [v. 3]), z *cum* (cf. supra). 61,17 *socrates* H, *s̄ecratis* A, *socratis* B (= y). 62,3 *ista quidem magna* H, *istam quidem magnam* AB (antecedit *disputationem tuam*). 62,5 *vivere* H, *viveret* AB. 62,10 *quapropter* H, *quaper* AB. 62,13 *at* H, *ad*

*) cf. append., quam benignitati viri doctissimi, Birti, debeo.

AB. 63,8 *leges* H, *legis* AB. 64,2 *res* H, *rem* A, *re* B, 64,5 *bonarum* H, *bonorum* AB. 64,5 *a quoius] ad cuius* H (*d* del. m. 2), *quoius* AB. — Cum in lectione codicis H praepositio insit (quam restituit H², quem nullo alio nisi eo libro usum esse videbimus, ex quo fluxit H), cum Muellero censeo scribendum esse *a quoius*, quae scriptura certe elegantior est quam simplex *quoius*, quod habet Vahlenus. Ceterum etiam hoc loco x veram lectionem videtur habuisse *a quoius* vel *quoius* (with *a* written above), quae in y abiit in *quoius*, a z mutata est in *a cuius* (cf. supra). 64,10 *nosceremus* H, *noceremus* AB. 64,12 *quoipiam] cuipiam* H (= z),*) *quopiam* AB. 64,14 *divinum* H, *divino* AB. 66,1 *cum* H, *eum* AB (=y); y igitur *c* et *e* permutavit (cf. p. 5,6 *proeulo* H, *proculo* AB). 66,1 *natura* H, *natura* (with † above) AB (*naturam* ut videtur). 66,2 *puram* H, *piram* A, *pyram* B. 66,3 *bona seligenda] bona eligenda* H, *bonas eligendas* A, *bonas elegendas* B. Certe praeferendum est *bona seligenda*, quam lectionem recepit Vahlenus. Quid autem hoc loco in archetypo extitit? Certe *bonas eligenda* (prava cum litterarum distinctione), quae scriptura in y abiit in *bonas eligendas*, a z autem, qui vocabulum *bonas* ineptum esse intellexit, in *bona eligenda* mutata est. 66,6 *idemque* H, *eidemque* AB. 66,7 *rerumque omnium* H, *rerum omniumque* AB. 66,12 *popularem* H, *populare* AB y igitur compendium neglexit. 66,12 *definiti loci sed* H, *definitio locis et* A, *diffinitio locis et* B. 67,1 *unius* H, *unus* AB. 67,4 *pythius* H, *phitius* A, *phytius* B. 67,7 *veri* H, *ve†ri* A, *vestri* B. 67,7 *iudicandi scientia* H, *iudicia† descientia* A, *iudicium descientia* B. 67,8 *sequatur* H, *sequantur* AB. 67,11 *putabit* H, *putavit* AB. 68,1 *tueatur* H, *tuetur* AB. 68,3 *hortari* H, *ortari* AB, cf. eiusmodi vitia in H p. 7. 68,4 *a flagitio* H, *ad flagicio* A, *adflagitio* B (= y). 68,4 *consolari* H, *consulari* AB. 68,7 *res tantaeque] res tanteque* H (om. ˛), *res tataeque* A (= y), *restat aeque* B. y etiam hoc loco compendium omisit. 68,17 *praeterire. vero* H, *praeterire revero* AB. Unde vitium in y ortum sit perspicuum est. 71,14 *et amoenitatem et salubritatem hanc***) H, *et amoenitatem hanc salubritatem hanc*

*) cf. p. 27, adn.

**) Sequor loc loco virum doctissimum G. Wissowa, quem ca. dimidiam libri secundi partem interpretantem audivi.

A^1B^1, *et amoenitatem hanc et salubritatem hanc* A^2B^2, *et amoenitatem hanc et salubritatem* Vahlenus. Lectionem Heinsiani veram esse et in archetypo extitisse arbitror. Vahlenus autem, qui sic a Cicerone dici posse negat (cf. eius adnotationem); errat, nam hoc loco exaratum est *et* — *et*, cum omnia exempla, quae affert vir doctus, simplex *et* praebeant. Mirum vero est Muellerum lectionem correctorum A^2B^2 in textum recepisse. 72,2 *ita. Quae* H, *itaque* AB. 72,5 *hinc* H, *hic* A, *hinc* B*). Cum Schwenkius adnotet B^1 *hinc* habuisse itaque B et H stent contra A, scribendum esse puto *hinc*, praesertim cum nonnullis locis B paulo accuratius descripsisse videatur. *hinc* autem certe paulo elegantius est, quod sequuntur *hic* sacra, *hic* genus.... (unde facile *hic* nasci potuit). Ceterum ne hanc quidem Heinsiani lectionem Muellerus in textum recepit. 72,7 *quid* H, *quod* AB. y falso compendio usus est. 72,8 *aedificatam* H, *aedificata* AB. y compendium omisit. 72,9 *valetudine* H, *valetudinem* AB. 72,9 *fere aetatem* H, *fer aetatem* AB, quae scriptura elisione orta est. 72,12 *quid* H, *quit* AB (cf. similia vitia in H p. 7). 73,2 *quin|ipse* H, *quin††ipse* A (fuit *quininipse*), *quiinipse* B. — Unde vitium in y ortum sit apparet. 73,2 *illi* H, *ille* AB. 73,13 *ostendisse. equidem* H, *ostendisse ††equidem* A, *ostendis|se hac quidem* B, quae lectio etiam in A ante rasuram fuit. 73,17 *quid vos duas habetis* H**), *quid vasis habitis* AB (*num quid duas habetis* A^2B^2). Vahlenus legit *numquid duas habetis patrias* secutus auctoritatem librariorum A^2B^2, Halmius autem scribit *quid? duas vos habetis.* Sed recte mihi videtur Vahlenus adnotasse *numquid* aptius esse quam *quid* post interrogationem alteram *quale est* illatum, at *vos*, quod habet H, scilicet *vos municipes* mihi necessarium videtur esse, et ad hoc *vos* optime quadrat responsum Marci *Ego me hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias.* Itaque hanc lectionem in archetypo x fuisse arbitror $\overset{num}{quid}$ *vos duas.* 74,1 *patrias|an est* H, *patria sane est* A, *patrias ane est* B. 74,2

*) cf. p. 28, adn. II.

**) Sequor etiam hoc loco virum doctissimum G. Wissowa. Sed, utrum *numquid* an *quid* vir doctus scriptum velit, memoria non teneo.

tusculanus H, *tusculanum* A, *tusculano* B. 75,6 *dulcis* H, *ducis* A, *duscis* B. Lectio codicis y ex pronuntiatione orta est. 75,8 *prorsus* H, *prosus* AB (cf. supra p. 8 *quosum* H). 75,8 *numquam* H, *numquam* AB (*n* corr. m. 2). 76,7 *hac* H, *hac*† A, *haec* B, quae scriptura etiam in A ante rasuram fuit. 76,10 *conplectitur* H, *conpectitur* AB. 77,1 *ullum* H, *illum* AB. 77,9 *esse* H, *esse* (*se* in ras. 2) A, *esset* B, quam lectionem etiam in A fuisse puto. 78,4 *et a* H, *et a* A (*et* corr. m. 2), om. B[1]. 78,5 *primordia* H, *primordio* (sive *primordie*) A, *primordiae* B. 78,8 *legis* H, *leges* AB. 79,4 *cogentis* H, *cogientis* AB, quae scriptura ex pronuntiatione orta est. 79,9 *leges* H, *legis* AB. 79,10 *explana* H, *explena* AB. 79,10 *consuetudinis* H, *consuetudis* AB. 80,5 *tuentis* H, *tuentis* (*t* alt. in ras. 2) A, *tuendis* B, quam lectionem apparet etiam in A ante rasuram fuisse. 81,1 *et ad recte* H, *et a recte* A, *et arrecte* B. 81,12 *descriptae*] *descripte* (om. ̦) H, *descripta* AB. 82,4 *constat* (*t* extr. in ras. corr.) H, *constant* AB. 82,5 *incolumitatem*] *incolomitatem* H, *incolomitatum* A, *incolomitate* B. Dubium esse non potest, quin iam in archetypo scriptura Heinsiani extiterit, cum etiam in y *incolomitatē* videatur fuisse, unde neglecto compendio lectio codicis B orta est. 82,5 *quietam* H, *quietiam* AB. 83,2 *polliciti* H, *solliciti* AB (interpolatio). 83,2 *professique* H, *professi*†*que* AB (in A, si Schwenkium recte intellego, *i*, in B *o* erasum). 83,3 *possit* H, *poscit* AB. 85,15 *rogabis videlicet*] *rocabis videlicet* H, *rocavis videlicet* A, *rogas. videlicet* B. 86,6 *eius* H, *egis* AB, quae lectio haud scio an ex pronuntiatione nata sit. 88,2 *his* H, *is* AB. 88,5 *arrogantem* H, *abrogantem* AB. 88,9 *vicissitudines* H, *vicissitudinis* AB. 90,8 *velle* H, *vello* AB. 90,14 *sed iam* H, *sed etiam* AB. 90,17 *voce* H, *vocem* AB (sequitur *proponam*). 91,6 *leges* H, *legis* AB. 91,6 *edentur* H, *edenter* AB. 92,9 *et* H, *e* AB. 93,5 *sollemnia* H, *solemnia* AB. 94,3 *bacas* H, *baccas* A, *bacgas* B. 96,2 *augures signis* H (*sig* in ras. corr.), *augure signis* A, *augures ignis* B. 96,5 *popularem* H, *propupularem* A, *propopularem* B. 96,7 *providento sisque* H, *providento jisque* A (*jisque* in ras.), *providentos isque* B. 96,7 *apparento* H, ††*parento* A, †*parento* A (*a* erasa); sed in A quoque ante rasuram *apparento* videtur fuisse. 97,1 *urbemque* H, *utbemque* AB. y conso-

nantes *r* et *t* permutavit, quod saepe fit. 101,8 *illud* H, *illum* AB (sequitur *optumum*). 101,14 *tandem* H, *tamde* A (om. comp.), *tamdem* B. 103,3 *alienigenas* H, *alieniginas* AB 103,6 *paruerint* H, *pa†ruerint* A, *paraverint* B, quam scripturam in A quoque ante ras. extitisse puto. 104,8 *quom*] *cum* H, *quo* AB. In x fuit *quō*, unde in y neglecto compendio *quo* ortum est; scriba autem codicis z priscam formam accepit, sed ut aliis quoque locis, in *cum* mutavit. 103,10 *eandemque* H, *eademque* AB. y comp. neglexit. 105,2 *proxume*] *proxime* H, *poxume* A, *promaximae* B. 106,1 *araque* H, †*araque* A, *era quae* B. 107,6 *respiciens* H, *respiens* AB. 108,3 *conpositio* H, *conpositior* A, *compositior* B, *compositor* „deteriores", quos Vahlenus sequitur. Dubius eram, utrum lectionem codicis H interpolatione librarii z ortam an eandem iam in archetypo extitisse putarem. Sed, cum etiam F², quem bono codice usum esse videbimus, eandem atque H praebeat lectionem cumque etiam p. 141,6 ubi sententiarum conexus similis est, *conpositio* exaratum sit, *conpositio* in x fuisse mihi persuasi, quae scriptura in y in *conpositior* abiit. Ceterum etiam Muellerus lectionem Heinsiani in textum recepit. 108,3 *ad* H, *et* AB. y antecedenti *debet* inductus *et* scripsit. 114,12 *et fides* H, *ut fides* AB. 115,3 *at* H, *ad* AB. 115,8 *sollemni*] *sollempni* H, *solemni* AB. 116,11 *clara* H, *dara* AB. y *cl* et *d* permutavit, cuius vitiorum generis multa extant exempla in H (cf. p. 10). 116,19 *adhibito* H, *adhibitu* A, *adibito* B. 117,6 *iudicati e civitate eiciantur*] *iudicati ę ci*] *vitate ejciantur* H, *iu*| *dicat se civitatę eiciantur* B, *iudicati e civitate eiciantur* A (sed praeter *iudicat* in ras. 2); itaque dubium esse non potest, quin ante rasuram in A eadem, quae est in B, fuerit lectio. 121,10 *religiones* H, *relegiones* AB. 121,11 *in more* H, *immore* AB. 125,4 *italiae gentium* H, *italia egentium* A, *ita aliae gentium* B. 133.1 *morte testamento ve* H, *morite testamento ve* A, *mori et testamenti ve* B. Vix credibile est hanc veram scripturam coniectura inventam esse. 133,1 *capiat* H, *capitat* A, *capiat* B (*t* e corr. 2). 135,5 *alligaretur* H, *allegaretur* AB. 136,1 *cavent* H, *cavent* (*avent* e corr. 2) A, *cadent* B. 136,13 *hac* H, *ac* AB. 141,1 *quae a nece appellatae*] *quae anece appellate* H, *quaea nec ea appellata* A, *quaea nec ea appellante* B. 142,5 *cyrus utitur* H,

cyrusutitur (utitur in ras. 2) A, *cyrusititur* B. 142,8 *accepimus* H, *accipimus* AB. 142,11 *apud Anienem] apud amenem* H (qui litteras permutavit), *apud anienem* A (sed *apudanie* in ras. 2), *aputant] ienem* B. 145,6 *mari* H, *mare* AB. 153,1 *Graecos] grecos* H, *gracchos* A, *eraccus* B. 153,5 *ceteri] cęteri* H, *ceteros* A² (B²) (quid A¹ habuerit obscurum), *ceteris* B (sequitur *sumptus*). 156,7 *hos* H, *os* AB. 156,9 *publice ad eam rem* H, *publice ad earem* A, *pub| lica earem* B. Compendium igitur y omisit. 157,6 *civis e re publica] civise.* R. P. H, *civis rei p.* A (sed in ras. 2) *civis ser. p̃.* B. 160,5 *libitum* H, *libitu* AB (neglecto compendio). 161,11 *consecuta* H, *consecutam* AB (cf. *difficillimam illam societatem* v. 12). 162,4 *videtis igitur* H, *videtis itur* B, *videtis igitur* (sed *is ig* in ras. 2) A. 164,4 *his* H, *is* AB (*iis* A²). Recte mihi videtur Muellorus lectionem Heinsiani in textum recepisse, quae aptissima est propter sequentem vocem *civibus*, praesertim cum etiam K praebeat scripturam *his*. Vahlenus hoc loco codicem A² sequitur, qui tamen plurimis locis, ut videbimus, cum K consentit. 164,9 *esse* H, *esset* AB. 164,15 *sint] sit* H (sed utrum — m. 1 an 2 superscriptum sit incertum, *sit* AB. 165,3 *inrogassitve] inrogassit ve* H, *inroga sit ve* A, *inroga sitvae* B. Lectionem codicis H Muellero adsentiens puto esse recipiendam, praesertim cum dubium esse non possit, quin p. 172,10 *locassint* scribendum sit (quam lectionem recte recepit Muellerus), cum hoc loco consentiant B et H itaque *locassint* in archetypo haud dubie extiterit. 165,3 *multae poenae] multae paene* H, *multe poe ne (n* e corr. 2) A, *multepoe ve* B unde apparet etiam in A m. 1 *poeve* scriptum fuisse. 165,8 *imperanto* H, *imperanti* A, *imperato* B. 173,5 *ad eos acta* H, *a deo sacta* A, *adeos acte* B. 174,10 *moderatissimeque* H (nisi quod *quę* scriptum est), *moderantissimeque* A, *moderantis|simae quae* B.

Hoc igitur ex elenchis, quos attuli, certissime mihi videtur apparere et Vossianos et Heinsianum non ex ipso archetypo (x), sed ex intermediis quibusdam libris (y et z) derivatos esse. — Porro eum, qui paulo accuratius elenchos illos inspexerit, non fugiet scribam Heinsiani in primo libro multo accuratius describendi munere functum esse quam in secundo et tertio.

Porro apparuit in y rarissimas fuisse interpolationes vel temerarias immutationes. Sed adhuc de iis locis diximus, quibus aut Vossiani aut Heinsianus veram exhibent scripturam; contemplemur nunc nonnullos locos, quibus neuter librorum rectam tradidit lectionem quibusque et quo cognationis vinculo Heinsianus cum Vossianis sit iunctus et quae fides sit huius codicis intellegi potest:

p. 5,4 *certen non longe] certen longe* AB, *certe non longe* H. In y igitur *non* omissum, sed *certen* recte servatum est. 9,4 *librariolis Latinis]*. Haec lectio, quam vulgo recipiunt ex AB, ridicule ineptit; neque enim *librarioli* sunt libri et contra positum est *copia Graecorum*. Itaque haud scio an hoc loco H sit sequendus, cuius scriptura *liberalio linguis* non interpolationis, sed corruptelae similitudinem habet. Sed quomodo locus sanetur nescio. 14,14 *ad Lirem]* (quae emendatio egregia feliciter est inventa a Bakio), *adirem* AB, *adire* H. Dubium esse non potest, quin lectio Vossianorum in archetypo x extiterit; lectio autem Heinsiani aperta est violentia scribae z, qui *adire* cum verbo *placet* (v. 14) coniungi voluit. 15,8 *quamquam] quam* AB, *quod* H (*quam* H^{3}). Etiam hoc loco x habuit lectionem codicum AB: *quam*, quam falsam scripturam mutavit z in *quod*, quod vocabulum ad *munus hoc* (v. 7) referri voluit. 21,16 *caput libri] caputli*, corr. m. 1 *capulli* A, *capulli* B, *capituli* H. x habuit *caputli* vel *caput lĩ* (h. e. *libri*), y *caput*^{l}*li*, z *capituli*, apertam coniecturam. 35,6 *Pythagorea vox] pithagorȩia vox* B, *phytagoraeia vox* A, *phi|tarea vox* H. Cum codex H terminationem recte servaverit, cum Muellero *Pythagorea vox* scribendum esse censeo (quae lectio vulgabatur) neque Vahleno adsentior *Pythagorae iā (trita) vox* proponenti. 36,4 *ut nihilo sepse] utinillos esse* B^{1} (...... *sese* B^{2}), *utinillo sese* A^{2} (A^{1} videtur eandem atque B^{1} habuisse scripturam) *utinillo sepe* H, ineptissima interpolatio. Ceterum — quod gravissimum — H solus litteram *p* vocis *sepse* servavit. 42,6 *abnueret a se commissum] abnuritas e commissum* B, *abnuritse commissum* A, *ob iniuriam a se commissum* H, quae lectio certe est temeraria interpolatio. 47,2 *referendae] praeferendae* AB (= x), *praeparandae* H, *aperta coniectura* (cf. 89,3 et 110,8). 53,4 *item] idem* AB, *eadem* H,

interpolatio non prorsus inepta (sequitur enim *iustitia*). 59,4 *dissident] dissident* A (*nt* m. 2 corr.), *dissiden*[t] B (*t* superscr. m. 2), *disdent* H (*si* superscr. corr. 2). Sed cum corrector 2, ut videbimus, nullo alio nisi codice z usus sit, H hoc loco rectam servavit lectionem. 63,4 *dicta sunt **** te lycurgi] dicta (dicata* A*) sunt te lucurgi* AB, *dicta sunt. neque lucurgi* H. *neque lycurgi* cum Muellero reliquisque editoribus contra Vahlenum recipiendum esse censeo; eandem lectionem praebent etiam A^2B^2. 67,9 *quid sit quoique] quid sit quoque* H, *quid si quòque* AB. — Itaque hoc loco Heinsianus lectionem archetypi videtur servasse. Ceterum hoc loco iam in archetypo x fuit forma *quoque*.*) 68,17 *effecit] efficit* H, *effici* AB. Etiam hoc loco in x eadem lectio videtur fuisse, quae est in H. 77,6 *Thyamis] theuamis* AB, *thebanus* H. *thebanus* est interpolatio inepta, quae tamen a librario z non facta est, cum etiam A^2 et B^2 eandem habeant scripturam. Quae cum ita sint, duplicem lectionem in archetypo x extitisse arbitror. 88,11 *numerari qui decet] numerari que decet* AB, *numerari neque decet* H (= A^2B^2). In x igitur *que* (*ne* superscr.) videtur fuisse. 97,4 *capital esto] carita lesto* H, *cari talesto* B, *caristolesto* A. Mirum est hoc loco B et H consentire atque A eandem exhibere lectionem, quam habet B^2. Etiam hoc loco in x videtur extitisse duplex lectio. 99,8 *poena violati] poenam volatis* AB, *pęnam violatis* H, qui hoc loco scripturam tradidit archetypi. Ceterum *s* in fine verbi *violatis* ex insequenti *iuris* ortam esse apparet. 104,7 *quae cernerent] cerneret* AB, *cernere* H, qui consentit cum K et F^2. Dubium esse non potest, quin y (= AB) lectionem archetypi servarit, nisi quod fortasse in x *cernerēt* scriptum fuit. Unde autem scriptura Heinsiani nata est? Certe coniectura non inventa est, cum K et F^2 eandem praebeant lectionem, sed etiam hoc loco in x duplicem lectionem fuisse existimo. Videtur autem archetypus x nonnullis locis a correctore quodam correctus esse, qui codice libris A^2B^2, K, F^2 propinquo usus est, quos libros necessitudine quadam inter se iunctos

*) cf. p. 27, adn.

esse videbimus. 110,1 *continet enim] continent enim* AB (= x), *con tenentem* H. — z habuit *continentem*, interpolationem ineptam, quae in H abiit in *con tenentem.* 136,13 *illam eluditis] illę luditis* A, *ille luditis* B (quod in y per elisionem scriptum fuit), *illa eludisti* H. Terminatio verbi in AB recte servata est; H autem *illa* (om. comp.) et compositum servavit. 149,3 *discrimen in morte] discrimin mortem* A, *discremin mortem* B, *discrĩ in mortem* H. — In x igitur *discrim̃ in mortem* videtur fuisse. 151,7 *pedes adigi aedes] pedes adici aedes* H, *pedes adici aedes adici aedes* B, *pedes* ††††††††† *adici aedes* A. Dubium non est, quin in A ante rasuram eadem atque in B fuerit lectio (in y ex dittographia orta) et H hoc loco praebeat scripturam, quae in archetypo x extitit.

Ex his exemplis, quae attuli, intellegi potest librarium codicis y, unde derivati sunt AB, ab interpolationibus, ad universum si spectas, abstinnisse et lectiones, quae erant in archetypo, multo accuratius descripsisse quam scribam codicis z, qui multis locis coniecturas fecit plerumque ineptas (cf. etiam 41,4, 41,5, 56,4, 75,4, 77,6, 80,3, 90,15, 92,3, 94,4). Quae cum ita sint, locis quibusdam, ubi dubius esse possis, utrum Vossianos an Heinsianum sequaris, Vossianis palmam tribuemus. Loci autem sunt hi:

p. 6,1 *mercule* AB, *me hercule* H. 13,5 *mercule* AB, *me hercule* H. 17,6 *natura* AB, *a natura* H (Vahlenus Vossianos, Muellerus Heinsianum sequitur). 34,14 *natura data est* AB, *a nutura data est* H (*natura* Vahlenus, *a natura* Muellerus). Cum etiam K, quem ex alio fonte hausisse videbimus, *natura* habeat, dubium esse non potest, quin praepositio *a* a librario codicis z addita sit. 46,4 *eidem* AB, *idem* H. 47,12 *quae si* AB, *quod si* H, quae lectio eo nata est, quod antecedens enuntiatum incipit a voce *quodsi.* 56,14 *in virtutem* AB (quos Vahlenus sequitur), *in virtute* H (et Muellerus). Sed hoc loco aliter iudico et Heinsianum sequendum esse censeo, nam et A^2B^2 et K eandem exhibent scripturam atque H et in Vossianis perfacile *virtutem* poterat nasci, quod antecedit *ad contrariam laudem* (eiusmodi errores etiam aliis locis in Vossianis inveniuntur, cf. 30,2, 161,11). 60,9 *prudens et acutus* AB, *acutus et*

prudens H. — Mutatam verborum collocationem a scriba codicis z profectam esse puto. 61,18 *pegerit* AB, *pepigerit* H. 63,7 *plebiscita* AB, *plebis|scita* H. 64,15 *dicatum* AB, *dedicatum* H. 75,1 *ducimus* AB, *dicimus* H.

Sed haec hactenus. Videamus nunc, num **A** et **H** artiore cognationis vinculo sint iuncti, quod opinatur Schwenkius (JB. 1886₂, 312 et 1883₂, 114 ss. et Deiterus, de cod. Heinsiano p. 12) quodque certissimum est in Ciceronis de natura deorum libris (cf. Dieckhoffium l. c. p. 65 ss.). Itaque afferam eos locos, ubi A et H veram habent scripturam contra B:

Vitia ex pronuntiatione orta sunt haec:

p. 126,14 *religionis* AH, *relegionis* B. 131,5 *religione* AH, *relegione* B. 160,11 *religione* AH, *relegione* B. 162,2 *religionum* AH, *relegionum* H. 6,11 *apud* AH, *aput* B. 14,12 *aliud* AH, *aliut* B. 16,6 *atqui* AH, *adqui* B. 19,12 *atque* AH, *adque* B. 22,3 *id* AH, *it* B. 47,13 *atque* AB, *adque* B. 53,6 et 53,7 *atque* AH, *adque* B. 66,9 *quid* AH, *quit* B. 77,13 *at* AH, *ad* B. 105,11 *illud* AH, *illut* B. 111,1 *quid* AH, *quit* B. 117,5 *ut apud cum* AH, *vita puteum* B. 129,8 *at* AH, *ad* B. 131,4 *quid* AH, *quit* B. 135,3 *caput* AH, *capud* B (cf. 137,4). 151,4 *aliud* AH, *aliut* B. 18,20 *haud* H, *haut* A, *aut* B, sed has formas saepe codices praebent, velut Vetus Plauti. 53,9 *commodum* AH, *quo modum* B. 164,1 *quorum* AH, *curum* B. 7,10 *te eundem* AH, *te undem* B. 10,4 *in historia* AH, *in storia* B. 58,9 *magno opere* AH, *magnopere* B. 135,5 *de eius* AH, *de ius* B (fuit enim *deius*). 157,4 *romae est* AH, *roma est* B (fuit enim *romaest*). 16,1 *hortaris* AH, *ortaris* B. 137,2 *habeo* AH, *abeo* B. 167,1 *prohibento* AH, *proibento* B. 14,2 *Scaevolam]* *scevolam* AH, *cevolam* B. 157,5 *scitis* AH, *sitis* B. 16,14 *silvestribus* AH, *sivestribus* B. 64,12 *delphico* AH, *dephico* B. 12,9 *vellem dare* AH, *vellen dare* B. 23,12 *civitatibus* AH, *citatibus* B. 23,15 *praeclarius* AH, *pledarius* B. 161,4 *perge cetera* AH (*celera* H), *periece taera* B.

Singula vel plura verba omittit librarius codicis B:

p. 22,10 *et cogitationis* AH, om. B (antecedit em. *rationis*). 24,1 *de* AH, om. B. 26,1 *iam vero* AH, om. B. 65,11 *mortis*

AH, om. B. 81,1 *avocans* A, *advocans* H (ex antecedenti *adflicto* ortum), om. B. 84,12 *si* AH, om. B. 84,12 *que* AH, om. B. 88,6 *ut* AH, om. B. 95,6 *modo rituque* AH, om. B. 113,2 *multa* AH, om. B. 130,9 *id* AH, om. B. 133,3 *si* AH, om. B. 138,5 *stipulatus est* AH, om. B. 158,1 *igitur* AH, om. B. 160,9 *esse* AH, om. B.

Deinde litteras permutavit scriba his locis:

t et **c** vel **e**:

p. 12,15 *sic tua* AH, *sittua* B. 15,2 *sentias* AH, *sencias* B. 22,11 *expertia* AH, *exparcia* B. 54,1 *metiuntur* AH, *me ciuntur* B. 56,9 *contemptius* AH, *conceptius* B. 62,13 *huc* AH, *ut* B. 67,1 *totius* AH, *tocius* B. 68,7 *sint* AH, *sine* B. 81,8 *sit* AH, *sic* B. 152,7 *lictoribus* AH, *littoribus* B.

a et **o** vel **u**:

p. 6,12 *theopompum* H, *theoponpum* A, *theopampum* B. 13,1 *oratio* AH, *aratio* B. 15,2 *summos* AH, *summus* B. 21,7 *numine* AH, *nomine* B. 58,7 *philosophos* AH, *philosophus* B. 60,1 *controversiam* AH, *contraversiam* B. 81,2 *quom* A (*cum* H), *quam* B. 104,9 *religiosos* AH, (sequor enim Vahlenum hoc loco) *religiosas* B. 107,8 *comes* AH, *cum es* B. 119,6 *multarum* AH, *multorum* B. 147,10 *sumptus* AH, *sumptos* B. 155,9 *solonis* AH, *solanis* B (cf. v. 6). 158,14 *longos* AH, *longus* B. 103,5 *iustissimos et sapientissimos* AH, *iustissimus et sapientissimus* B. 103,7 *valuit* AH, *voluit* B. 172,9 *ollosque* AH, *ullosque* B (ut videtur).

a et **e**:

p. 19,10 *plerumque* AH, *plerum qua* B. 22,11 *expertia* AH, *exparcia* B (cf. supra). 57,9 *series* AH, *serias* B. 73,1 *diligas* AH, *diliges* B. 75,1 *et* (ante *eam*) AH, *ad* B. 130,10 *quam* AH, *quem* B. 117,5 *quidam* AH, *quidem* B. 131,10 *conserventur* AH, *conservantur* B. 135,4 *perspiciat* AH, *perspiciet* B. 138,3 *solvant* AH, *solvent* B. 169,1 *habeto pari* AH, *habet operi* B.

e et **i**:

p. 60,5 *familiari* AH, *familiare* B. 61,6 *valetudinem* AH, *valetudini* B. 64,1 *facultatis* AH, *facultates* B. 65,2 *temptarit* AH, *temptaret* B. 66,5 *cogitari* AH, *cogitare* B. 67,6 *saepimento* AH, *saepe mento* B. 84,5 *haberi* AH, *habere* B. 89,7

religiones AH, *religionis* B. 102,11 *ipsi* AH, *ipse* B. 105,10 *omnes* AH, *omnis* B. 110,2 *descriptioque* AH, *discriptioque* B. Lectio codicis B non falsa est; sed cur Muellerus *discriptioque* maluerit, non intellego, praesertim cum A et H consentiant. 124,7 *familiares* AH, *familiaris* B. 125,6 *accidere* AH, *accedere* B. 126,9 *accidisse* AH, *accedisse* B. 130,3 *acciderit* AH, *accederit* B. 135,2 *quas qui* AH, *quasque* B. 162,5 *praescribatque* AH (*ib* in A a corr.), *praescribat qui* B. 162,7 *magistratus* AH, *magestratus* B. 173,3 *migrassit* AH, *migrasset* B.

Reliqua huiusmodi peccata sunt haec:

p. 8,9 *ut* AH, *id* B. 9,2 *nam* AH, *tam* B. 12,5 *responderem* AH, *responderent* B. 29,2 *huius* AH, *cuius* B. 50,2 *ab* AH, *ad* B. 82,10 *nominarent* AH, *nominarem* B. 89,2 *sint* AH, *rint* B. 104,4 *tum* AH, *tunc* B. 118,4 *cantu* AH, *cartu* B. 119,7 *lapsi* AH, *lausi* B. 122,10 *civis* AH, *cuius* B. 137,6 *et* AH, *ut* B. 137,5 *cur* AH, *cui* B. 143,8 *in omnibus* AH, *momnibus* B. 148,5 *funeris* AH, *furieris* B. 148,7 *vestimenti* AH, *vestimenta* B. 153,5 *ut* AH, *ui* B.

Tum compendium neglexit vel falso solvit librarius his locis:

p. 3,9 *fratrem* AH, *fratre* B. 4,7 *eandem multaque* AH (in A *n* superscr. m. 1) *eandemultaque* B. 12,1 *liberam atque* AH, *libera atque atque* B. 13,3 *nullam* AH, *nulla* B. 20,7 *ad rationem* AH, *abratione* B. 30,1 *attinguntur* A, *attinguuntur* H, *attiguntur* B. 34,9 *consuetudinis* AH, *cosuetudinis* B, 40,1 *aristotelem* H, *aristotilem* A, *aristotele* B. 40,5 *difficilem* AH, *difficile* B. 42,2 *angore* AH, *agore* B. 46,8 *constituitur* AH, *constituit* B. 56,9 *contemptius* AH, *conceptius* B (cf. supra). 61,6 *valetudinem* AH, *valetudini* B (cf. supra.) 65,1 *aliquid* AH, *aliquod* B. 66,8 *quo modo* AH, *quom* B. 82,5 *vitamque* AH, *vitaque* B. 84,8 *quodquod* AH, *quidquid* B. 86,7 *quom* A, *cum* H, *quoniam* B. 101,3 *illam* AH, *illa* B, 101,21 *castimoniam* AH, *castimonia* B. 103,3 *suosque* AH. *suosq* B. 116,9 *profecto* AH, *perfecto* B. 135,7 *praetermissum* AH, *pter missum* B. 137,9 *relinquatur* AH, *relinquat* B. 150,1 *fuissent* AH, *fuisset* B. 156,4 *lege sanctum est* AH, *leges cum. Est* B. 161,12 *illam* AH, *illa* B. 165,10 *vindicanto* A, *iudicanto* H (litteris commutatis), *vindicato* B. 168,7 *eumdem* A, *eundem* H, *eum de* B.

Porro ex dittographia orta sunt haec vitia:

p. 12,1 *liberam atque* AH, *libera atque atque* B (cf. supra). 12,4 *quo minus* AH, *comminus* B. 46,8 *utilitatem* AH, *utilitilitatem* B. 53,6 *virtutum* AH, *virtututum* B. 60,6 *non* AH, *non non* B. 64,7 *a dis* AH, *addiis* B. 80,7 *sanciendis* AH, (sed *nci* in A in ras.), *sancciendis* B (cf. *sanctiendum* B p. 116,10). 97,3 *vitiosa dira* AH, *vitiosa adira* B. 108,7 *a numa* AB, *annuma* B. 111,1 *dirimi si* AH, *dirimissi* B. 111,9 *cuiquam* AH, *cuicuiquam* B. 112,5 *in avibus* AH, *in navibus* B. 115,16 *eximia divinaque* AH, *eximia adivinaque* B. 124,7 *vexati nostri* AH, *vexat innostri* B. 128,2 *non fani* AH, *non infani* B. 137,1 *ceteris* A, *cęteris* H, *ceteris ceteris* B. 142,2 *iura sint* AH, *iurassint* B. 150,5 *impositam* AH, *inpossitam* B. 154,2 *haec a* AH, *haecca* B. 155,5 *sumptuosa fieri* AH, *sumpsum tuos afieri* B. 158,1 *athenienses tui* AH, *atheniens est tui* B. 158.5 *sumi sepulchro* AH, *sumis sepulchro* B.

Restant denique haec peccata neglegentia scribae orta:

p. 3,5 *nullius* AH, *nullus* B. 5,9 *Orithyiam] orithiiam* AH, *orithiam* B. 5,11 *inquiras* AH, *inquiris* B. 6,2 *putari sed* AH, *putaris. Et* B. 6,6 *putent* AH, *putentur* B. 7,8 *eorum studiis* AH, *eorum tudiis* B. 10,1 *eius* AH, *neius* B (antecedit *sisenna*). 10,3 *superavit is* AH, *superavitis* B. 10,8 *ab optumo* AH, *ad obtumo* B. 10,12 *sumus* AH, *simus* B. 10,20 *atque aetate* AH, *at aetate* B. 11,3 *remo* AH, *romo* B (sequitur enim *Romulo*). 13,5 *posse* AH, *pose* B. 13,12 *adcedo* A, *accędo* H, *acedo* B. 14,14 *hac* AH, *ac* B. 16,8 *consequens esse* AH, *consequentes se* B. 17,8 *editi simus* A, *editi sumus* H, *editissimus* B. 18,12 *nostri* AH, *nostris* B (praecedit *quibus*). 19,13 *populari ratione* AH, (*populari* † A), *popularis rationis* B (sequitur *omnis*). 23,7 *communia* AH, *communi* B. 28,10 *habilitatesque* AH, *habi. tatesque* B. 29,3 *videtur* AH, *detur* B. 29,13 *quae expectabam* AH, *que spectabam* B. 31,6 *inchoatae* AH, *inchotae* B. 32,5 *nati sumus* AH, *natissumus* B. 33,8 *benignitatem* AH, *benignitem* B. 34,7 *hac* AH, *ac* B. 34,10 *extinguantur* AH, *extingu. ntur* B. 35,2 *iubendo* AH, *iuuendo* B. 44,1 *credo* AH, *crede* B. 44,5 *habeat o rem* AH (sed in A *O rē* in ras. corr. 2), *habe torem* B. 46,5 *perrumpet* AH, *perumpet* B. 47,3 *existere* AH, *exstere* B. 49,2

existimare AH, *exstimare* B. 55,1 *pudicitiaque* H, *pudititiaque* H, *puditiaque* B. 55,2 *petulantis* A, *petulantes* H, *petalantis* B. 56,4 *quod aut* AH, *quod ad* B. 56,12 *cruciatus* AH, *criciatibus* B, qui videtur aberrasse ad *pluribus* (v. 11). 57,10 *labebar* AH, *lal?abar* B. 58,10 *aliquem* AH, *liquem* B. 58,12 *illis* AH, *illi* B. 60,12 *posse sedari* AH, *posse dari* B. 61,6 *commodas res* AH, *commodares* B. 68,1 *qua* AH, *quas* B (praecedit *leges*). 74,3 *me hercule* AH, *meberculae* B. 76,11 *palaestrae*] *palestrae* AH, *pallestrae* B. 77,3 *possim* AH, *possum* B. 77,3 *phaedro* A, *phedro* H, *pedro* B. 77,14 *deberi* AH, *deberim* B (antecedit *horum*). 78,14 *sapientissimorum* AH, *sapientissi*†† *orum* B (videtur *sapientissimirorum* fuisse). 79,13 *nominare* AH, *nominares* B (sequitur *sed*). 80,7 *sanciendis* AH, (sed *nci* in A in ras.), *saneciendis* B. 80,9 *copias* AH, *copia* B. 82,1 *tenent* AH, *tenunt* B. 85,15 *eas* AH, *e. s.* B. 86,4 *separatim* AH, *seperatim* B. 88,9 *noctiumque* AH, *noctumque* B. 91,6 *potuero* AH, *potero* B. 94,3 *sacerdotis* AH, *sacerdote* B. 95,6 *publice* AH, *publicem* B, 98,8 *expiari* AH, *expirari* B. 98,9 *publici* AH, *publicis* B (sequitur *sacerdotes*). 102,4 *aquae* AH, *eaquae* B (antecedit *aspersione*). 108,5 *serventur* AH, *servientur* B. 111,7 *domi* AH, *domni* B. 113,4 *mopsi* AH, (sed *m* in H superscr. m. 3), *moipsi* B. 113,9 *condidisset* AH, *condisset* B. 115,7 *in ipsa* AH, *inpsa* B. 116,13 *senatus* AH, *sanatus* B. 118,4 *fidibus* AH, *fidelibiis* B. 119,2 *molles* AH, *moles* B. 120,1 *aut hac* AH, *ut hac* B. 121,9 *apollinem* AH, *apolinem* B. 122,9 *et atheniensis* AH, *ethathiniensis* B. 122,10 *Clisthenes*] *clistenes* AH, *clitenes* B. 123,5 *violatae*] *violate* AH, *violata* B. 124,3 *videatur* AH, *videantur* B. 124,4 *inmortalibus* A, *immortalibus* H, *inmortales* B, quae lectio unde orta sit non intellego. 124,8 *exaedificatum* H, *exedificatum* A, *exadificatum* B. 129,4 *ferro* AH, *fero* B. 130,9 *velut* AH, *velunt* B (aberravitne scriba ad praecedentem *dispertiuntur*?) 132,1 *est ad cognitionem* AH, *est agnitionem* B. 133,7 *plurimum* AH, *plurrimum* B. 134,9 *donatione* AH, *donationem* B (sequitur *idem*). 137,9 *quicquid* AH, *quic* B. 138,3 *libram* AH, *liberam* B. 141,5 *ipsius* AH, *ipsi* B. 142,5 *xenophontem* A, *xenofontem* H, *xeno* N *potem* B (N superscr. m. 1, ut videtur). 145,1 *conplectitur* AH (sed *plectitur* in ras. 2 A), *conpletitur* B.

149,9 *tolluntur* AH, *toluntur* B. 150,4 *peperisset* AH, *peperis sed* B. 153,1 *lugubres* AH, *lucubres* B. 153,5 *sepulchrorum* AH, *sepulchorum* B. 153,11 *interpretes* A, *interpraetes* H, *intrae praetes* B. 154,1 *minuendam* AH, *munuendam* B. 155,10 *mulieres genas* AH, *mulieras genes* B. 156,3 *propter has* AH, *propteras* B. 156,11 *minueretur* AH, *munueretur* B (cf. 154,1). 157,2 *idem Demetrius] eidem demetrius* AH (*demetrios* H), *eidemetrius* B. 157,7 *paratissimus* H, *paratis simus* A, *paratisumus* B. 158,10 *vetat* AH, *vatat* B. 158,17 *illa* AH, *illam* B. 160,8 *de legibus* AH, *deligibus* B. 163,10 *nemini* AH, *nẽ ichi* B. 163,10 *semper* AH, *sem* B. 164,4 *obtemperandi* AH (*opt.* H), *obtemporandi* B. 164,7 *esse* AH, *esset* B. 165,5 *is* AH, *his* B. 166,4 *sollemnium* AH, *so] lemnium* B. 167,1 *exin—describunto* repetiit B, qui aberravit ad *discribunto* (166,8). 167,6 *iudicarive* AH, *iudicari* B (in fine versus). 167,7 *praetor* AH, *praeter* B. 167,10 *rei suae] rei sue* AH, *re] gisve* B (*g*, ut opinor, ex sequenti *ergo* orta). 172,2 *rei* AH, *re in* B (sed, ut videtur, *in* per dittographiam ex sequenti *malae* ortum). 173,6 *lege* A, *leget* H, *legi* B. 174,4 *scipio* AH, *spicio* B.

Porro interpolationes paucae extant in B, velut:

p. 10,16 *ne legantur* AH, *neglegantur* B. 20,11 *referenda* AH, *reverenda* B. 28,7 *is qui appellatur* AH, *hii qui appellantur* B. 92,1 *secus* AH, *secutus* B. 104,1 *easdem* AH, *eidem* B. Lectio codicis B videtur interpolatio esse, non ab ipso librario, ut opinor, profecta; *easdem*, quam scripturam AH habent, haud dubie est vera lectio, *eidem* autem qui correxit, hanc vocem cum *nostri qui*, quae voces in antecedenti versu extant, coniungere voluit. Equidem suspicor etiam hoc loco in communi fonte (y), ex quo derivati sunt A et B, eo tempore, quo B descriptus est, duplicem lectionem extitisse. 118,4 *fidibus* AH, *fidelibus* B. 153,8 *in C. Figuli] inc figuli* AH, *hinc figuli* B. 166,8 *discribunto* AH, *discribuntur to* B. 169,9 *populi sui* H, *popilli sui* A (sed *illi* corr. ex *uli*) *pupillis ui* B.

Ex his exemplis, quae attuli, intellegitur scribam codicis B, quoniam linguae latinae maxime inscius erat, ab interpolandi studio abstinuisse, interpolationes enim, quae extant, ad codicem y redire puto, ubi nonnullis locis duplex videtur fuisse

lectio. Sed omnia, quae attuli, discrepantiae exempla neglegentia et inscientia scribae codicis B orta sunt neque ex iis concludi licet A et H artiore cognationis vinculo inter se iunctos esse. At extant nonnulli loci, quos, cum mihi graviores esse viderentur, a reliquis seiunxi quosque nunc afferam:

p. 13,6 *te ad* AH, *aut* B. 15,6 *enim est* AH, *enim mihi est* B. Apparet *mihi* hoc loco prorsus ineptum et interpolatione ortum esse. Sed unde orta est haec interpolatio? Certe ab ipso librario codicis B facta non est (quem vidimus coniecturas facere non potuisse), cum etiam A^2 eandem atque B praebeat scripturam, sed duplicem lectionem in y fuisse puto, quae haud scio an iam in archetypo x fuerit (cf. p. 34, 104,7). Facile autem *mihi* potuit interpolari, quoniam haec tradita erant *eni m est*, unde interpolator fecit *enī* $\overset{i}{m}$ *est.* 22,9 *generibus* AB, *generalibus* B. 35,1 *quae* AH, *qui* B (cf. 76,6). 71,4 *haec* AH, *hoc* B. 123,6 *ego* AH, *ergo* B (cf. 136,5).

Accedunt ad has falsas lectiones non paucae ex veris scripturis, quas praebet B contra AH:

p. 7,2 *omittam* B, *obmittam* A, *omittam* H (*o* in ras. duarum litterarum capaci). 8,6 *fanni* B, *fannii* AH. 12,1 *cessationem* B, *cessionem* AH(!) 13,1 *cottidie* B, *cotidie* AH. 15,8 *populo* B, *populum* AH(!) 19,7 *a legendo] aligendo* B (vocalibus commutatis), *alicendo* AH. 33,1 *tum* B, *cum* H, *tum* A (*t* corr. m. 2). 42,10 *si* B, om. AH(!) 80,1 *iussa ac vetita* B, *iussa ac vetitita* H, *iussa* † *ac* † *vetita* A (A^1 fortasse eandem atque H habuit lectionem). 80,12 *L. Tarquinio] ut tarquinio* H, †† *tarquinio* A (A^1 igitur eandem atque H habuit scripturam), *tarquinio* B. 87,3 *theophrastus* B, *theoprastus* A, *theo prastus* H(!) 91,4 *quo* B, *quod* AH. 94,1 *itque* B, *itaque* AH. 94,2 *cadat* B, *cadet* AH. 98,6 *quae pro populo* B, *que populo* AH(!) 98,13 *honore* B, *honore* AH (sed *o* alt. e. corr. 2). 100,6 *religionum* B, *relegionum* AH. Hoc exemplo certe nihil probatur, cum saepe librarii pro *religio* scribant *relegio* (cf. supra p. 36, 126,14—162,2). 101,1 *censes* B, *cesses* AH. 101,20 *ad deos* B, *adeos* AH (sed in A *s* superscr. m. 1?). 102,1 *hoc oportet* B, *hoc corpori et* H, *hoc* †† *oportet* (*o* post lit. corr. m. 2), sed Schwenkio non certum videtur esse in A ante lituram eandem atque in H extitisse

lectionem. 102,6 *ullis elui* B, *uili selui* A *uili ser ui* H (!) Litterae *l* et *i* igitur permutatae sunt. 103,2 *metu* B, *metu* † AH. 103,10 *ac* B, *hac* H, †*ac* A, qui ante rasuram *hac* videtur habuisse. 105,12 *Epimenide Crete*] *epymeni decrete* B, *epimemni decrete* A, *epimem di decreta* H, qui igitur etiam hoc loco praebet interpolationem. 106,2 *esquiliis* B, *esquilis* AH. 106,4 *vincendi* B, *vimcendi* AH. 108,6 *intercalandi* B, *intercalendi* A, *intercalenda* H (antecedit *habenda*). 109,1 *hostiis* B, *ostiis* A, *ostitus* H (ut videtur), lectio per dittographiam orta. 112,2 *quid* B, quin AH (!) 113,9 *floreret* B, *florere* AH. 114,2 *neglegentia* B, *neglentia* A, *neclentia* H (!) 114,14 *religione*] *relegione* B, *regione* AH (!) 115,16 *Athenae*] *atthenae* B, *athena* AH. 117,2 *perpetua* B, *perpetuam* AH. 119,1 *facile* B, *faci* AH (etiam in A ut videtur) (!) 119,2 *teneros* B, †*tene*†|*ros* (*e* in fine versus corr. fortasse ex *t*) A, *tenteros* H. 119,3 *dici* B *dii* AH (*c* superscr. in A m. 2, in H m. 1 an 2?). 120,3 *tum* B, *cum* AH. 120,6 *mutari* B, *maturi* AH (!) 120,6 *leges sine* B, *lecessem* A, *leces seni* H (!!) 120,7 *legum* B, *lex cum* AH (!) 120,10 *Naevianis*] *nevianis* B, *nevians* AH (!) 121,2 *flexionibus* B, *fluxionibus* AH (!) 121,8 *patriis*] *pariis* B, *patris* AH. 122,5 *domos* B, *domus* AH. Utraque lectio recta est; sed cum etiam Servius (cf. Vahleni adn. ad hunc locum) *domos* habeat, testimonio unius B hoc loco credendum et *domos* scribendum esse censeo. 122,12 *periuriis* B, *per*††*iuriis* A (*er* corr.), *peiuriis* H. 123,1 *placare* B, *placere* AH (!) 123,1 *platonem* B, *plationem* H, *plato*†*nem* A, qui haud scio an ante rasuram *plationem* habuerit. 126,12 *cupiditate tum* B, *cupidita tum* A, *cupiditatum* H. 127,7 *prorsus* B, *prosus* AH. 128,4 *delubris* B, *dilubris* AH. 128,6 *cetero* B, *ceterum* AH. 129,6 *sacris* B, *sacri* AH. 131,5 *aut ullo* B, *aut tullo* AH (!) 135,8 *heredibus* B, *aedibus* H, *hedibus* A (*re* superscr. m. 2 ut videtur). 135,9 *exegisset* B, *exigisset* AH (!) 136,14 *P.*] *p;* B, *post* H, *p.* A (sed in loco raso, qui *post* capere potuit). 137,4 *nummi deducerentur* B, *numi* † *deducerentur* A (*ded* in ras. 2), *numide ducerentur* H. 138,6 *ex stipulatione* B, *extipulatione* AH (!) 140,5 *nec* B, *necnec* A, *nec nec* H (!!) 142,3 *at* B, *ad* AH. 142,4 *sepulturae* B, *sepulto* A, *sepultore* H. 143,4 *de africano* B, *de affricano* AH. 143,5 *siti* B, *sititi* H, *siti*†† A,

qui ante rasuram *sititi* potest habuisse. 144,2 *morem* B, *more* AH. 146,4 *religionem* B, *regionem* AH (cf. supra) (!) 147,1 *sic decretum* B, *sit decretum* A² (in ras.), *si decretum* H. 149,1 *lex solonis* B, *lexolonis* AH (!) 149,6 *quo* B, *quos* AH. 150,6 *factitatum ut* B, *factitatum et* H, *factitatum ut* A (sed *um* et *u* m. 2). 152,6 *indicatur* B, *inducatur* AH (!) 157,12 *magistratum* B, *macistratum* AH. Sed pro *magistratus* nonnumquam scribunt librarii *macistratus* (cf. simile exemplum infra 169,10). 160,10 *est* B, *et* AH. 162,5 *utilia* B, *ut ille* A, *ut illia* H. 165,8 *militiae] miliciae* B, *meliciae* AH. 167,2 *relinquonto] reliquoto* B (omisso compendio), *relinquunto* AH. 168,3 *praeeundo] praeaeundo* B, *praeeun*††|*do* A, *praeeuntdo* H. 169,10 *legatus* B, *lecatus* AH.

Porro extant nonnulli loci in tribus codicibus corrupti, ubi A et H consentiunt:

p. 37,6 *perpauca scilicet] perpauca sua licet* AH, *perpaucas val & licet* B. 61,12 *noluerunt] voluerunt* B, *voluerint* AH. 75,9 *haec]* „deteriores“, *et* AH, *sed* B. 76,12 *efficeret] efficerit* B, *effecerit* AH. 105,1 *servare] servari* AH, *conservari* B. 107,1 *Jnvicti Jovis] invicii iovis* B, *invito iovis* AH. 115,10 *si quidem] sid quidem* AH, *id quidem* B. 127,9 *sacra] sacrum* B, *sacro* AH. 129,4 *ad eam utendam] ad eam tuendam* B, *ademtuendam* AH (!) 132,4 *qui astringantur] quia strincantur* AH, *quiastringuntur* B. 137,6 *quodsi] quid si* AH, *quisi* B (*quasi* Vahlenus). *quodsi* cum Stephano et Muellero scribendum esse censeo, quam lectionem librorum indicia videntur poscere. Nam *quid si* certe in archetypo fuit; errores autem, ut *quid* pro *quod* (compendio falso soluto) saepe occurrunt. 141,1 *tam denicales] tan delica lex* AH, *tā delicta lex* B. 156,2 *violarit vitiaverit* (quam Vahleni coniecturam veram esse puto), *volaritiacerit* A, *volaritia cerit* H, *vocaret acerit* B. 164,10 *obtemperent] optemperet* A, *obtemperet* H, *optemperat* B. 168,6 *ollis] oius* B, †*ius* A (*o* erasa), *ius* H (!!) 169,6 *creverit] creaverit* B, *creavit* AH. 169,8 *suos] servos* AH, *servus* B.

Videmus igitur certe nonnullos graviores locos extare, ubi **A** et **H** consentiunt contra **B**, neque quemquam hoc casu factum esse puto affirmaturum. Sed quomodo haec res explicanda est? Certe nonnullis locis iam in archetypo duplex

videtur fuisse lectio; velut 76,11 *efficeret]efficerit* B, *effecerit* AH putabimus in fuisse *eff^{e}icerit*, h. e. *efficerit* (facili cum errore pro *efficeret* scriptum, cf. huiusmodi errores p. 37) ab attera manu in *effecerit* falso correctum est, ut hoc verbum antecedenti verbo *habuerit* (v. 11) assimilaretur (cf. similes interpolationes p. 42, 15,6 et p. 34, 104,7). — Similiter rem se habuisse arbitror p. 105,1 *servare]servari* AH, *conservari* B, ubi in x *^{con}servari* videtur fuisse et p. 107,1 *Invicti Iovis]invicii iovis* B, *invito iovis* AH, ubi in x certe fuit lectio codicis B *invicii iovis* superscripto ab altera manu *invito*, quae scriptura est aperta interpolatio (*iovis* per errorem ab interpolatore non mutatum est). Tamen non omnia consensionis inter A et H exempla sic explicari posse existimo. Itaque librum illum (z), ex quo fluxit H, nonnullis locis correctum vel mutatum fuisse suspicor a correctore, qui codice A usus est, nam e. g. p. 168,6 *ollis]oius* B, †*ius* A (*o* erasa), *ius* H, quomodo lectio *ius* in H aliter explicari potest? *oius* certe in archetypo extitit, casu autem factum esse, ut A^{2} et H hoc loco consentiant, minime verisimile est. (cf. etiam p. 129,4 *ad eam utendam]ad eam tuendam* B, *ademtuendam* AH et 140,5 *nec* B, *nec nec* AH).

Certe vero A et H artius cognatos esse mihi concedes, si eos locos attulero, ubi **B** et **H** consentiunt contra **A**.

Vitia codicis A ex pronuntiatione orta sunt haec:

p. 13,11 *ad* BH, *at* A. 16,15 *adquiescens* BH, *atquiescens* A. 33,5 *apud* BH, *aput* A. 36,3 *illud* BH, *illut* A. 43,8 *atque* BH, *adque* A. 72,14 *fortasse delectet* BH, *fortasset electet* A. 79,9 *ad* BH, *at* A. 90,5 *atque* BH, *adque* A. 90,7 *illud* BH, *illut* A. 101,18 *at* BH, *ad* A. 131,3 *quid* BH, *quit* A. 142,4 *illud* BH, *illut* A. 142,4 *apud* BH, *aput* A. 43,3 *honesto* BH, *onesto* A (similia vitia cf. 104,11, 108,6, 109,1, 142,10, 152,4). 90,13 *prorsus* BH, *prosus* A (cf. 101,6). 95,7 *ignari* BH, *iiinari* A.

Reliqua autem vitia sunt haec: Singula vel plura verba omittit librarius codicis A:

p. 14,1 *a* BH, om. A. 25,5 *gens* BH, om. A. 49,15 *ingenia invenum non item at* BH, om. A, qui aberravit ad vocem

ingenia (50,1). 50,4 *est* BH, om. A. 51,10 *ut* BH, om. A. 58,4 *id* BH, om. A. 60,7 *me* BH, om. A. 65,1 *se* BH, om. A. 72,1 *quoque* BH, om. A. 116,4 *qui in* BH, (sed in H *in* corr. in ras. 2/3), *qui* A. 152,4 *haec habemus in XII* BH, *haec abemus XII* A.

Porro litteras permutavit librarius:

e et **i**:

p. 4,9 *qua re* BH, *quari* A. 17,7 *colendi* BH, *colindi* A. 23,13 *dequa* BH, *diqua* A. 27,3 *vero* BH, *viro* A. 30,10 *ipse* BH, *ipsi* A. 51,11 *insidet* BH, *insedet* A. 56,7 *turpitudo* BH, *turpetudo* A (ut videtur). 56,9 *timiditate* BH, *temiditate* A. 56,12 *detrimenta* BH, *detrementa* A. 59,1 *derisum* BH, *dirisum* A. 78,6 *decet* BH, *dicit* A. 86,8 *delectationis* BH, *dilectationes* A. 87,5 et 6 *sive* BH, *tivi* A. 89,2 *rationis* BH, *rationes* A. 96,5 *quique* BH, *queque* A. 97,3 *defixerit* BH, *difixerit* A. 134,5 *caerimonias* BH, (*cer* H), *ceremonias* A. 134,7 *ipsique]ipsi quae* BH, *ipse quae* A. 137,5 *civili* BH, *civile* A. 146,8 *sepeliri* BH, *sepiliri* A. 163,4 *gentes* BH, *gentis* A. 174,6 *discriptione* BH, *des|scriptione* A. Cum B et H consentiant, *discriptione* cum Muellero scribendum esse existimo.

a et **o** vel **u**:

p. 30,13 *nullam* BH, *nullum* A. 41,6 *cupio* BH, *copio* A. 54,1 *ut qui* BH, *atque* A. 57,4 *quamdiu* BH, *quodiu* A (neglecto compendio). 76,3 *municipio* BH, *monicipio* A. 111,1 *susceptam* BH, *susceptum* A. 118,5 *dum* BH, *dom* A. 118,5 *moderata* BH, *mudera*^{ta} (*ta* superscr. m. 1?). 126,14 *ab* BH, *ob* A. 133,3 *loco* BH, *luco* A. 136,10 *auctoritate* BH, *aucturitate* A. 136,12 *auctoritas* BH, *aucturitas* A. 174,9 *genus* BH, *genos* A.

a et **e**:

p. 50,10 *referenda* BH, *referanda* A. 61,18 *parere* BH, *parara* A. 144,2 *confirmat* BH, *confirmet* A. 165,5 *geret* BH, *gerat* A.

t et **c**:

p. 9,3 *argutiarum* BH, *arguciarum* A. 160,9 *faciam* BH, *fatiam* A.

ni et **m**:

p. 14,2 *memini* BH, *memim* A. 165,8 *tribunı* BH, *tribū* (h. e. tribum) A.

iu et **ui**:

p. 169,1 *iure* BH, *uire* A.

Deinde compendium neglexit scriba his locis:

p. 6,6 *inpositum* BH (*imp.* H), *imposito* A (etiam vocalibus commutatis). 80,10 *illum rem* BH, *illurem* A. 87,11 *hominum mereri* BH, *hominum ereri* A. 92,4 *privatim* BH, *privati* A. 96,3 *disciplinam* BH, *disciplina* A. 101,17 *quidem* BH, *quide* A. 114,13 *essent* BH, *esset* A. 122,13 *disputandum* BH, *disputandu* A. 131,8 *cum* BH, *cu* A. 134,5 *putant* BH, *putat* A. 134,8 *relinquatur* BH, *reliquatur* A. 138,2 *per* BH, *p* A. 140,4 *gentem* BH, *gente* A. 142,10 *scimus* BH, *scim* A. 154,1 *magnificentiam* BH, *magnificentia* A. 169,1 *cum eo* BH, *cueo* A. 174,3 *est* BH, e A.

Tum ex dittographia orta sunt haec vitia:

p. 58,12 *convenire* BH, *conconvenire* A. 61,8 *malas* BH, *mallas* A. 64,12 *tribueretur* BH, *tributteretur* A (*er* videntur repetitae fuisse). 67,3 *dii inmortales* BH (*imm.* H), *diimminortales* A. 67,4 *apollo* BH, *appollo* A. 68,3 *civibus* BH, *civicibus* A. 81,9 *aut oriatur* BH, *auctoriatur* A. 100,6 *constitutio* BH, *constitutotio* A. 170,5 *decreta* BH, *decreta decreta* A.

Restant denique haec peccata neglegentia describentis librarii orta:

p. 5,3 *severint* BH, *serverint* A (ex antecedenti *quercum* ortum). 6,4 *nec* BH, *ne* A (cf. 22,1; porro 7,13 *hoc* BH, *ho* A et 130,9). 6,10 *delectationem* BH, *delectionem* A. 8,9 *admonere* (*amm.* H) *reliquos* BH, *admonere liquos* A. 11,7 *occupata* BH, *ocupata* A. 12,11 *quod te* BH, *quo te* A. 14,3 *ventitarem* BH, *ventiarem* A. 15,7 *eorum* BH, *erum* A. 17,2 *quid* BH, *qui* A. 17,9 *coniunctio* BH, *coniuntio* A. 18,4 *sed* BH, *et* A. 22,12 *divinius* BH, *divinus* A. 23,13 *agnationibus* BH, *anationibus* A. 24,5 *sparsum* BH, *parsum* A. 28,8 *hominem* BH, *hominum* A. 29,7 *quae* BH, *qua* A. 30,8 *opinionum* BH, *opinionem* A. 30,15 *coniectura* BH, *coniectiura* A (vel *coniactura*). 31,1 *disserimus* BH, *disserrimus* A. 32,6 *ducitur* BH, *dicitur* A. 33,6 *felem*, BH, sic enim scribendum est, cum. B et H consentiant (et F[2]), cf. etiam Iordani disputationem (quaest. Tull. p. 5), *faelem* A, quem Vahlenus sequitur. 34,13 *coleretur* BH, *coloretur* A. 34,14 *ab omnibus* BH, *abominibus*

A. 36,1 *diffusam* BH, *difusam* A. 45,9 *est* BH, *esset* A. 47,7 *est homini* BH, *est in homini* A. 50,2 *ingeniis* BH, *ingenis* A. 50,3 *referri* BH, *referi* A. 51,1 *dissensio* BH, *dissio* A. 51,3 *isdem* BH, *idem* A. 53,5 *praemii* BH, *praemihi* A. 54,1 *virtutem* B, *virtute* H (neglecto compendio), *virtutum* A. 55,2 *esse* BH, *est* A. 55,4 *erubescunt* BH, *erubesunt* A. 56,1 *infamiae* BH, *infimiae* A. 58,5 *athenis* BH, *authonis* A. 58,9 *auctorem* BH, *autorem* A. 58,9 *ut* BH, *aut* A. 59,1 *arbitrum* BH, *arbritum* A. 59,10 *putavit* BH, *putari* A. 61,9 *aristoteles* BH, *aristoles* A. 62,4 *cognovi* BH, *cognovit* A. 62,9 *virtute* BH, *virtutem* A. 63,1 *nihil* BH, *mihil* A. 63,6 *duodecim* BH, *doodecim* A. 64,13 *ipse* BH, *ipso* A (antecedit *Delphico deo*). 65,1 *sentiet* BH, *sententiet* A. 67,2 *cognitione* BH, *cognitionem* A. 68,6 *ignominia* BH, *ignomia* A. 71,13 *abesse* BH, *abessem* A. 73,4 *movemur* BH, *movemor* A. 75,5 *ponere* BH, *poneret* A (sequitur *et*). 76,13 *praecipitat] precipitat* BH, *praecipitant* A. 78,15 *hominum ingeniis* BH, *hominum geniis* A. 79,1 *mundum* BH, *mundus* A. 80,15 *attulit* BH, *atulit* A. 81,12 *ad* BH, *a* A. 82,5 *hominum* BH, *hominem* A. 83,5 *a te* BH, *ad te* A. 95,1 *quaeque quoique* BH (... *quoiquae* B), *quoque* $\overset{\textit{cui}}{\textit{que}}$ A (Schwenkius adnotat incertum esse, *cui* utrum m. 1 an 2 superscriptum sit; sed cum *quoi* in archetypo certe extiterit, codices A^2B^2 autem semper *cum cui* etc. exhibeaut, *cui* ab altera manu superscriptum esse certum est).*) 100,7 *nostrisque* BH, *nostrique* A. 104,1 *voluerunt* BH, *volue* A. 104,4 *maxume* BH (*maxime* H), *maxumo* A (antecedit *doctissimo viro*). 107,3 *rerum* BH, *rurum* A. 107,5 *huiusce* BH, (*huiuscae* B), *huius* A. 108,2 *habet litium* BH, *litium habet* A. Recte Vahlenus adnotat testimonio unius codicis A, quem editores sequuntur, non esse credendum, sed ipse non omnibus locis hanc rationem sequitur, cf. p. 72,5 ubi B et H habent *hinc*, A *hic*. Mirum autem est Muellerum hoc loco lectionem codicis A in textum recepisse. 108,7 *pontificum neglegentia* BH, *pontificumeglegentia* A. 108,8 *institutis* BH, *institutum* A (sequitur *pontificum*). 109,1 *quoique* BH, *quoque* A.*) 110,7

---

*) cf. p. 27, adn.

essent BH, *esse* A. 111,2 *magnificentius* BH, *manificentius* A. 111,5 *aut dare* BH, *audare* A. 111,11 *appium* BH, *apium* A. 113,4 *amphiarai* BH, *amphiara* A. 113,5 *Heleni] helenni* B, *eleni* H, *heli* A. 114,14 *aruspicum* BH, *arupiscum* A. 114,15 *ipsa* BH, *illa* A, quae lectio orta est ex antecedenti falsa scriptura (v. 15) *illane* (pro *plane*). 116,7 *romae* BH, *roma* A. 116,12 *quo* BH, *quod* A. 118,3 *curriculisque* BH, *curiculisque* A. 118,5 *tibiis* B, *tybiis* H, *typi* A. 120,5 *doctissimus* BH, *doctisimus* A. 120,7 *mutatione* BH, *mutationes†* A (videtur *s* erasa). 121,4 *malis* BH, *malus* A. 122,11 *dotis* BH, *doctis* A. 128,5 *color* BH, *decolor* A, qui aberravit ad *decorus* (v. 6). 128,9 *absolutae* BH, (*absolute* H), *absoluto* A (antecedit *uno*). 130,3 *scias* BH, *siias* A. 130,4 *capite* BH, *capitem* A (sequitur *repetendum*). 130,9 *cognitione* BH, *cognotione* A. 132,3 *quaeruntur* BH, *querentur* A. 133,3 *propositum* BH, *prositum* A. 133,3 *adcommodatum* BH, *adcomodatum* A. 133,5 *possidendo* BH, *posidendo* A. 134,1 *pecuniae* BH, *peciniae* A (cf. 135,9). 135,2 *propositis* BH, *propotis* A. 138,1 *adstringi* BH, (*astr.* H), *adstringitur* A, qui ad sequens *liberantur* videtur aberrasse. 140,3 *sepulchrorum* BH, *sepulchorum* A. 141,5 *conferre* BH, *cum fere* A. 142,9 *memoriam* BH, *meriam* A. 145,3 *mucius* BH, *mucsus* A (unde *s* orta sit apparet). 145,5 *femina* BH, *feminam* A. 146,3 *ignota* BH, *innota* A. 146,5 *sepulchrorum* BH, *sepulcrorum* A. Muellero adsentior lectionem, quam B et H habent, in textum recipienti. (Vahlenus codicem A sequitur.) 146,5 *in XII* BH, *in duodecim milia* A. 146,14 *soluti* BH, *solutis* A (sequitur *legibus*). 147,2 *pontificum* BH, *pontific* A. 147,6 *lamina] mina* BH, *domina* A. Lectiones videntur ex $\overset{do}{\textit{mina}}$ ortae esse (cf. p. 45). 147,7 *cum multa* BH, *quom multae* A. 147,9 *religione* BH, *relioni* A. 149,3 *tolli* BH, *toli* A. 151,6 *ipsis* BH, *ipsi* A. 151,6 *sepulchris* BH, *sepulcris* A (cf. supra 146,5). 153,8 *sepulchro* BH, *sepulcrho* A. 153,11 *iubentur* BH, *iubenter* A. 155,6 *et* A, om. BH, *et* ex antecedenti *et* ortum est. 158,2 *iusta* BH, *iuxta* A. 158,2 *reicit* BH, *picit* A, qui videtur scribere voluisse *p̄icit* (sequitur *ad interpretes*). 158,12 *excitari* BH, *excitarit* A. 163,2 *obtemperat* BH, *obtemperet* A. 164,4 *prae-*

scribendus BH, *praescribendum* A. 164,9 *imperat* BH, *imperet* A. 164,16 *vero* BH, *vere* A. 166,1 *aurumve* BH, *aurumvel* A. 166,8 *tribus* BH, *quibus* A. 167,2 *probrum* BH, *probum* A. 170,9 *plebi* BH, *blebi* A. 170,10 *sunto* BH, *sunt* A.

Porro interpolationes extant paucis locis, velut 57,5 *certum* BH, *certe* A (*certum* A^2 K). *certum*, quod codices poscunt cum Vahleno sine dubio scribendum est, *certe* est interpolatio scribae A. 58,9 *ut* BH, *aut* A. 63,4 *dicta* BH, *dicata* A. 65,2 *totumque* BH, *tantumque* A. 66,1 *coniuncto* BH, *coniectos* A. 75,6 *secus* BH, *secutus* A. 167,7 *esto is iuris* BH, *estoisi vestris* A.

Haec sunt peccata scribae codicis A; solus autem A veram scripturam praebet his locis:

p. 16,4 *et conscripta* A, *et scripta* BH. In x videtur fuisse *et* ^{con}*scripta*. Sed cum *conscripta* certe elegantior sit scriptura, cum Vahleno hoc loco codicem A sequendum esse censeo. Similis locus extat p. 105,1, ubi AH habent *servari*, B *conservari*, quae scripturae eundem in modum videntur ortae esse. Ceterum hoc loco Vahlenus codices AH sequitur; sed utrum *servare* an *conservare* scribendum sit, vix diiudicari potest (cf. p. 45). 16,14 *gnosiorum* A, *nosiorum* B, *onosiorum* H, qui vestigium veri melius servavit quam B. 18,15 *aliter ius* A, *alterius* B, *alteri ius* H; *alteri* ortum est ex praecedenti *aliter*. 25,9 *agnoscat* A, *cognoscat* BH. Videtur igitur in x ^{co}*agnoscat* fuisse. 30,15 *beluis* A, *beluis* B (sed *ui* corr. 2 ex *iu*), *beluis* H (*ui* in ras. corr. $^2/_3$ ex *iu* ut videtur). 32,1 *quiddam* A, *quiddam* B (*d* prior m. 2), *quidam* H. 35,5 *seiunxisset* A, *seiuncxisset* BH. 35,5 *caput* A, *capud* BH. 43,1 *que* A, *qui* BH. 50,7 *quo quid dici* A, *quo qui dici* B, *quod qui dici* H. 62,2 *quo de genere* A, *quod e genere* BH. 67,5 *volgo* A, *vulgo* BH. 74,7 *civitate* A, *civitatem* BH. 76,3 *iustissimas* A, *iustissimam* AB (antecedit *rem publicam nostram*). 84,10 *sanxerint* A, *sancxerunt* B, *saxerunt* H. 96,6 *obtemperanto* A, *obtemperante* BH (*obtempor.* B). 100,3 *divos* A, *dives* B, *divios* H. 109,2 *lactentibus* A, *latentibus* B, *lactentibus* H (*c* e corr. 2). 110,5 *praesint* A, *praesunt* BH. Lectio codicis A haud dubie ele-

gantur est et, cum tales errores, ut *sunt* pro *sint*, saepe fiant, hoc loco cum Vahleno auctoritatem codicis A sequendum esse censeo. 114,14 *procurationibus* A, *procubationibus* BH (sed in B *r* superscr. 1 an 2?). In x et in y videtur *procubationibus* fuisse. 128,1 *deo* A, *dō* BH. 129,3 *victus* A, *vicus* H et B (ut videtur). 130,3 *consultatiove* A, *consol. atiove* B, *consultatione* H. 133,12 *partem* A, *partae* B, *parte* H. 136,9 *pontificium* A, *pontificum* BH. 146,5 *inquit* A, *inquid* BH (cf. 156,2). 147,4 *aram* A, *haram* BH. 168,6 *suprema] supraema* A, *suppraema* BH.

Ex his, quos attuli, locis, apparet scribam codicis A, qui linguae latinae peritior erat quam librarii codicum B et H, paulo maiore accuratione codicem descripsisse et ab interpolationibus, ad universum si spectas, abstinuisse.

Haec igitur sunt, quae mihi videor demonstrasse: Vossianos **A** et **B** ex eodem archetypi (x) apographo (y) bono consilio descriptos esse, **H**einsianum autem ex altero archetypi apographo (z) manasse, cuius librarius non paucas lectiones recte tradidit, nonnullos autem locos coniecturis inquinavit, itaque fidem huius codicis paulo minorem esse auctoritate codicum AB.

Quoniam de tribus praestantissimis codicibus ABH egi, nunc de codice Marciano **F** dicam. Quae res paucis absolvi potest. Nam hunc codicem ex codice A*) descriptum esse certum est. Satis habeo hos affere locos:

5,1 *severint* BH, *se†verint* A (fuit *serverint*), *serverint* F. 6,2 *tamen nonnulli* H, *tamen nulli* B, *tamen isti* AF (M). 6,2 *Tite noster* H, *tite nt̃* B, *tite non* AF (M). 6,6 *inpositum* BH, (*imp.* H), *imposito* AF[1] (corr. F[2]). 6,7 *in historia* B[2], *mihi storia* B[1], *inistoria* AF (M), *inistorias* H (*h* superscr., *s* in ras. corr. 2). 7,2 *omittam* B, *omittam* H (*o* in ras. duarum litterarum capaci), *obmittam* AF[1] (corr. F[2]). 9,1 *Caelium* BH (sic enim scriben-

*) Ex codice B descriptus esse non potest, nam lacunae huius codicis (200,10 *saepissime* — 202,9 *permovet*, 207,2 *religione* asque ad finem) in F non sunt.

dum censeo contra Vahlenum, cum B et H consentiant), *coelium* AF (M). 10,5 *Clitarchum* H^3, *clitarcum* AF (M), *clithardum* B, *diterarum* H^1.*) 12,11 *quod te* BH, *quo te* AF (M). 16,13 *Megillo] megallo* B^1H^1, *maegala* AF (*megala* M). 22,1 *nec* BH, *ne* AF^1. 23,14 *distinguuntur* BH, *distinguntur* AF (M). 37,6 *perpauca scilicet] perpauca sua licet* AHF^1, *perpaucas valet licet* B (F^2). 43,10 *faciet et metietur* (sic enim scribendum esse librorum indicia videntur poscere) *facit et mentietur* AF, *facti et mentietur* B^1, *faciet emetietur* H (*faciet mentietur* B^2). 47,7 *est homini* BH, *est in homini* A, *est* ††*homini* F (fuit igitur eadem lectio atque in A). 54,1 *virtutem* BH, *virtutum* AF. 55,4 *erubescunt* B (F^2), *erubescant* H, *erubesunt* AF^1. 58,12 *convenire* BH (F^2), *conconvenire* AF^1. 61,18 *parere* BH, *parare* AF^1. 67,2 *cognitione* BH, *cognitionem* AF^1. 80,10 *illum rem* BH, *illurem* AF^1 (corr. F^2). 91,3 *XII sacratisque] exissacratisque* AF, *ex his sacratisque* BH. 111,11 *appium* BH, *apium* AF. 196,6 *Marius* B, om. AF (M). 197,16 *istam] ista* B, om. A^2F (M) (A^1 videtur *ista* vel *istā* habuisse).

Atque ex codice A iam correcto (A^2) manasse codicem F probant hi loci:

p. 49,15 *ingenia iuvenum non item at* A^2F BH, om. A^1. 10,19 *adsentior* A^1B, *assentior* A^2F. 11,14 *adcommodentur* B^1, *accommodentur* B^2H, *accomodentur* A^2F (*adcomodentur* A^1). 15,11 *populo* A^2BF (M) H^3, *populum* A^1H^1. 31,8 *discrepat* H, *decrepant* A^1B^1, *discrepans* A^2F (*decrepans* B^2). 38,11 *distincta* B^2, *detecta* A^2F (*ditecta* A^1, *deticta* B^1). 39,13 *academia* HB^2, *achademica* A^2F, *academica* B^1. 40,13 *quoius* BHF, *cuius* A (sed. *cui* in ras. corr. 3; itaque eo Aempore, quo F descriptus est, in A *quoius* extitit). 41,2 *academiam* A^1BH^1, *achademiam* A^2F (H^3). 42,8 *a naturae iure] a natura iure* A^2F, *a natura iura* in *a natura iure* corr. 1 B, *a natura iurę* H. 45,9 *est* BH, *esset* A^2F. 55,6 *pudet qui nullum* H (F^2), *pudetque ullum* A^2F^1, *pudet que illum* B^2. 56,1 *arcentur* H (F^2), *arguentur* $A^2B^2F^1$ (interpolatio!). 61,9 *aristoteles* BH, *aristoles* (*ti* (2) supra) A^2, *ari-*

---

*) p. 10,16 F (et M!) cum B consentit *neglegantur, ne legantur* recte habent AH^1.

stotiles F. 68,4 *revocare* A^{1}BH, *revocari* A^{2}F (K) (interpolatio!). 70,2 *tibi* A^{2}B^{2}F, *ubi* A^{1}B^1. 70,7 *aut quid* A^{1}BH, *aliquid* A^{2}F (interpolatio!) 80,5 *esse mens divina* BH, *mens divina esse* A^{2}F (MK) (interpolatio!). 82,5 *incolumitatem* F^2 (K), *incolomitatem* A^{2}B^{2}HF^1. 82,8 *honeste beateque* A^{2}F, *honesti beatique* B^{2}H. 92,9 *quos endo caelo merita locaverint] quos endo caelo merita vocaverint* A^{1}B^1, *quos in caelum merita vocaverint* A^2 B^{2}F (interpolatio!). 95,1 *quaeque quoique* BH, *quaeque cuique* A^{2}F. 95,8 *sunto tria unum* H^3, *sunto duo unum* A^{2}F, *sunto triunum* B. 99,7 *impius* BH, *impii* A^{2}F (interpolatio!). 99,9 *placare donis] placari donis* A^{2}F, *placeri dionis* A^{1}BH. 113,6 *ut Phrygum] apparigum* A^{2}F, *adpary cum* B, *ad parigum* H. 114,15 *sat esse plane] satis se illane* A^{1}BH^1, *satis supraque* A^{2}F (interpolatio!). 122,9 *Solensis] solesit* A^{1}B^{1}H^1, *solem* A^{2}F (interpolatio!). 124,6 *discessu meo religionum] discessumeo relegionum* A^{2}F, *discessum eorum legionum* BH (interpolatio codicis x). 125,10 *religione* A^{1}BH (F^2), *religioni* A^{2}F^1. 127,3 *ponam brevi] poenam erebi* A^2 F (interpolatio!), *paenam merebi* B, *paena merui* H (interpolatio a librario z profecta, qui fortasse scripsit *paenā merui*). 136,8 *pontificium* A^{2}F^1, *pontificum* BH (F^2). 136,13 *estis peritissimi] est speretissimi* BHA^1, *est spernitis* A^2 F (interpolatio!). 177,14 *magistratum* A^2 F, *magistrati* A^{1}B.

Apparet igitur codicem **F** ex **A**^{2} derivatum esse; videamus nunc, quid de codice **M** iudicandum sit. Hunc codicem arbitratur Vahlenus (in praef. p. XXII) „ex codice A ductum esse eiusque utilitatem tantum eo constare, quod nonnulla menda tribus illis testibus communia recte exempta sint". Sed virum doctum errasse et ex codice F iam correcto (F^2) codicem Monacensem fluxisse puto, conferas enim hoc locos:

p. 10,16 *ne legantur* AH^1, *neglegantur* BFM. 11,2 *quae* ABHF^1, *quem* F^2 M (H^3), aperta interpolatio; *quem* enim qui correxit, cum antecedenti *annum* coniungere voluit. 11,13 *rusticandum* ABH, *rustificandum* FM. 15,3 *egone* ABH^{1}F^1, *ego memini* F^2 M (H^3), interpolatio. 24,4 *maturitatem* ABH,
materiem *vel materiam*
maturitatem (superscr. m. 2) F (K), *maturitatem* (superscr. m. 1) M (interpolatio!). 24,5 *satum* F^{2}M (H^3), *factum* ABH. 26,2 *praeterea est autem* F^2 M, *praetereas autem* ABHF^1. 26,3 *nisi*

perfecta] inse perfecto ABHF¹, *quam in se perfecta* F²M (interpolatio!). 27,1 *quod* ABHF¹, *quo* F²M (interpolatio!). 74,10 *se* alterum recte omiserunt F²M, *se* ABHF¹. 80,15 *profecta* F²M (B²K), *profecti* AB¹F¹, *profecto* H (*to* in ras. corr. ²/₃). 82,4 *constat* F²M (K), *constant* ABF¹. 83,6 *quo si* F²M, *quod si* ABHF¹. 131,4 *parietum* F²M, *paritum* H, *paratum* AF¹ (*i* superscr.), *patriae tum* B. 166,2 *senatus* F²M, *natus* ABF¹, om. H. 166,2 *agunto* F²M, *acuncto* ABHF¹ (*argunto* H³). 166,9 *partiunto* F²M, *parti sunto* ABHF¹. 169,9 *populi sui* H (A²), *popilli sui* A²F¹, *pupilli sui^duis* F², *pupillis uiduis* M(!). 171,2 *eique ius* F²M, *eiqui ius* ABHF¹. 174,6 *potuisset* F²M, *potuisse* ABHF¹. 174,7 *magistratibus iisque* F², *magistratibus hisque* M, *magistratibus siisque* ABHF¹. 201,9 *memoriae esse sine quo]* (hanc Stephani coniecturam accipio), *memoriam esse sine quo* F²M(!), *memoria est de quo* A²F¹. 207,4 *constitutis] obconstitutis* AF¹, *obstitutis* F²M(!!). 207,7 *nos autem] nos at* A²F¹, *at* F² (om. *nos*) M(!).

Perspicuum est codicem M manasse ex F²; reliquae autem verae lectiones, quas habet M, a correctore M² emendatae sunt, ut

p. 6,10 *in hoc* M², *in hac* ABHFM¹. 82,8 *illis* M², *illis* ABHFM¹ (K). 101,3 *nostram* M², *nostra* ABH. 130,9 *id in infinitam] id in infinita* M², *id infinita* AHF (K), *infinita* B.

Sed redeamus ad correctorem **F²**. Unde hic lectiones illas sumpsit plerumque veras? Certe neque ipso archetypo (x) neque apographo quodam in corrigendo usus est, sed plerasque lectiones correctoris **F²** (nonnullas enim ipse coniectura videtur invenisse) ad alium archetypum (x') redire verisimillimum est atque ab hac parte (parente x') stare etiam codices **A²B²**, **K**, **H³** arbitror (cf. p. 34). Archetypum autem illum (x'), unde fluxerunt F², H³, A²B², K, scriptum ab homine docto, sed plurimis interpolationibus inquinatum cum archetypo x e communi fonte (α) manasse inde efficitur, quod in utroque eidem plurimi extant loci corrupti.

Sed priusquam ad hanc rem transeamus, pauca praemittam de correctore **H²**. Hunc correctorem, cum omissa suppleat (cf. 155,7 *eisdem* ABH², om. H¹), codice usum esse certum est,

sed nullum alium librum ei praesto fuisse puto nisi eum, quem H¹ descripserat (z). Quam sententiam ut comprobem, paucos afferam locos:

p. 119,5 *excitatos* ABH², *excitatus* H¹. 152,9 *ad* ABH², *at* H¹. 155,5 *phalereus* ABH², *phalereu* H¹. 155,8 *nostri decemviri in] nostris viri in* ABH², *nostris iurim* H¹. 188,15 *summi viri* ABH², *sumus iuri* H¹, qui videtur aberrasse ad *habemus* (v. 14). 162,9 *tam* ABH³, *cum* H¹, *tum* H²; in y igitur fuit *tum* (vocalibus commutatis), quam lectionem restituit H² (H¹ enim consonantes *t* et *c* permutaverat); H³ autem, qui alio codice usus est, recte *tam* correxit. 162,12 *universum* ABH², *uniu'|sum* H¹. 164,2 *civitas* ABH², *civitatis* H¹, qui fortasse aberravit ad *omnis* (v. 3). 119,1 *facile* BH², *faci* A¹H¹ (*facili* A²K). 129,1 *restricte* A²B²H², *restrictae* A¹B¹, *retricte* H¹. 160,1 *explicatum* AH², *explicato* B, *explicata sunt* H¹.

Solus autem H² rectam praebet scripturam paucis tantum locis, ut: 83,7 *nihilo] nichilo* H², *nihil* AB, *nichil* H¹. 102,2 *casta corpora adhibeantur]*, quam veram lectionem a correctore H² profectam esse puto, cum A²B², quibuscum H³ saepe consentit, praebeant *casto corpore adeantur* (*casta corpora adhibeatur* A¹B¹ neglecto compendio). 115,10 *si quidem] sid quidem* H², *sid quidem* A¹H¹, *id quidem* B. 142,8 *Numam* H², *nummam* ABH¹.

Neque a coniecturis abstinuit H², ut: 100,4 *a te frater]* (quam Vahleni coniecturam veram esse puto), *alter* A¹B¹H¹, *altera* H² (sc. *lex*). 101,15 *sciscam* AB, *siscam* H¹, *si sc̄a* = si sancta H². 121,7 *indide. Deinceps] indi deinceps* AB, *indide inceps* H¹, *inde deinceps* H². 124,5 *tum* AB, *tu* H¹, ĩ (h. e. *in*) H².

Redeamus nunc ad codices **F²**, **H³**, **A²B²**, **K**. — Ac primum quidem **F²** solus veram habet lectionem haud paucis locis, velut:

p. 75,9 *haec* F² *et* AHF¹, *sed* B. 80,12 *romae* F², *prome* ABHF¹. 83,1 *et iniusta* F², *et iusta* ABHF¹ (K). 98,6 *initianto* F², *inianto* AHF¹, *inhianto* B. 111,5 *leges non iure rogatas tollere* F², (quam lectionem coniectura invenit R. Stephanus et in textum recepit Vahlenus), *leges non iure rogata est tollere* ABHF¹. — Veram igitur lectionem hoc loco F² solus servavit, nam coniectura eam inventam esse vix verisimile est.

Itaque in aperto est Mommsenum reliquosque, qui *legem, si non iure rogata est, tollere* scriptum volunt, errasse. 111,8 *sine eorum auctoritate* F², *sint eorum auctoritatem* ABHF¹. 115,3 *quod* F², *quoque* ABHF¹. 115,4 *adsentiare aut] adsentire aut* F², qui solus vocem *aut* recto loco servavit; *adsentire* ABF¹, *aut sentire* H. 116,7 *rogato* F², *rogatio* ABHF¹. 125,3 *eamque* F², *eam qui* ABHF¹. 138,1 *sacris* F², *sacri* ABHF¹. 150,4 *ei qui* F² *ei quae* ABHF¹. 151,7 *propius* F², *proprius* ABHF¹. 153,4 *sed requiro* (quae scriptura est emendatio Vahleni); *sed recedo quiro* AF¹, (*sed recedo qro* H, *sed recedo phyro* B), *sed credo, quinte* F². — Hanc correctoris F² scripturam coniectura inventam esse vix probabile est, sed solum F² verum puto servasse. Itaque lectionem ante Vahlenum vulgatam reti nendam esse mihi persuasi: *Quintus:* Gaudeo — delector. *Markus:* Sed credo, Quinte, ... requiri (*requiri* autem traditum est; *requiris* coniecit Vahlenus). 156,4 *quas in* F², *quasi in* ABHF¹. 156,6 *tectorio* F², *texitorio* F¹, *textorio* AH, & *extario* B (antecedit *opere*). 157,4 *consuetudinem* F², *consuetudine* ABHF¹. 157,9 *novis* F², *nobis* ABHF¹. 157,10 *noluit* F², *voluit* ABHF¹. 168,12 *ave sinistra* F², *aves inistra* ABHF¹ 176,1 *ain* F², *anin* AF¹, *an in* B. 176,7 *ab hac familia* F², *ab hanc familia* A²BF¹. 177,2 *Phalereus ille* F², *phaleureus ille* A²F¹, *phaleur eusile* B. 177,14 *parerent* F², *placerent* ABF¹. 178,3 *a Theopompo* F², *athaeopompo* A²F¹, *at haec pompo* A¹B. 180,13 *iis* F², *his* AF¹, *is* B. 181,7 *recordari* F², *recordare* ABF¹. 185,3 *concessa plebei* (*plebi* F²) *a patribus ista potestate* F², (sic enim contra Vahlenum cum editionibus scribendum censeo), *concessa plebe ista patribus ista potestas* AF¹. *concesse plebe ista potestas* B. 186,9 *adiuncto terrore etiam militari* F², *adiuncto errore etiam militare* A²F¹, *adiuncta errore etiam militari* B. 187,8 *Metellum* F², *metallum* ABF¹, 189,16 *quodque* F², *quoque* ABF¹. 189,16 *defendant* F², *defendat* ABF¹. 191,1 *dicemus* F², *dicimus* ABF¹. 191,1 *si quid* F², *est quod* ABF¹. 192,1 *refertas* F², *repertas* ABF¹. 192,5 *quamquam est] quanquam est* F², *quamque est* AF¹ *quamquē* B. 193,6 *de* F², *dein* ABF¹. 194,14 *tabellariam legem abstulisse* F², *tabellarialegeobtulisse* A²F (.... *obtulisset* A¹), *tabellaria legis*

obtulisset B. 195,3 *quam tabellae* F^2, *quantabellae* ABF^1. 195,16 *civis* F^2, *cives* ABF^1. 195,17 *videbatur* F^2, *videba* B, *vide†bā(2?)* A, *videbar* F^1. 196,3 *quoad vixit] quod ad vixit* F^2, (qui *d* priorem cum errore non delevit), *quod adduxit* ABF^1. 199,13 *praeclara* F^2, *praeclare* ABF^1. 200,3 *ad auctorem* F^2, *ab auctorem* ABF^1. 200,11 *tanta* F^2, *tante* AF^1. 201,9 *esse sine quo* F^2, (*esse* enim cum R. Stephano addendum censeo), *est de quo* A^{2}F^1. 204,3 *fuse* F^2, *fusae* ABF^1. 204,12 *cunctam* F^2, *cunctum* B, *cuntum* (?) A, *cumtum* F^1. 204,13 *sentiret* F^2, *sentirem* ABF^1. 205,2 *ut in* F^2, *et in* ABF^1. 205,10 *nec ii* F^2, (itaque *ii* cum „editionibus", non *ei*, ut Vahlenus vult, scribendum est), *nei* ABF^1. 205,15 *deque iis censores* F^2, *deq; incensore* ABF^1. 205,18 *rationes* F^2, *rationis* ABF^1. 206,2 *legem* F^2, quae lectio sane est optima et cum „editionibus", scribenda, neque Vahlenum probo *legi* (= ABF^1) scribentem, quae scriptura facile oriri potuit, cum sequatur *accusatori.* 206,8 *quid de iure* F^2, *quod de iure* AF^1, *quodeiure* B.

Porro cum **B** et **H** praebet **F**^{2} nonnullis locis veram lectionem, ut

p. 138,1 *adstringi* BHF^2, *adstringitur* AF^1 (sequitur *liberantur*). 144,1 *confirmat* BHF^2, *confirmet* AF^1. 147,9 *religione* BHF^2, *religioni* AF^1. 158,2 *iusta* BHF^2, *iuxta* AF^1. 158,2 *reicit* BHF^2, *praeicit* A^{2}F^1. 158,12 *excitari* BHF^2, *excitarit* AF^1. 166,1 *aurumve* BHF^2, *aurumvel* AF^1. 166,8 *tribus* BHF^2, *quibus* AF^1. 170,5 *decreta* BHF^2, *decreta decreta* A^{2}F^1.

Deinde extant pauci loci, ubi **B** et **F**^{2} habent veram scripturam, ut

p. 94,2 *cadat* BF^2, *cadet* AHF^1. 106,2 *esquiliis* BF^2, *esquilis* AHF^1. 147,1 *sic decretum* BF^2*), *sit decretum* A^{2}F^1, *si decretum* H.

Tum cum **H** compluribus locis praebet **F**^{2} rectam scripturam, velut

p. 41,1 *facessant* HF^2, *facessat ut* ABF^1. 54,12 *modestia*

*) 134,10 habent AHF^1 veram lectionem *donatione*, BF^2 falso *donationem* et 135,2 *quas qui* AHF recte, *quasque* BF^2. Fuitne in x^1 *quasque*? Potuit fortasse haec lectio in x illata esse a correctore, qui codice x^1 usus est (cf. p. 34).

HF^2, *molestia* ABF^1. 55,6 *pudet qui nullum* HF^2, *pudetque ullum* A^{2}F^1, *pudetque illum* B. 56,1 *arcentur* HF^2, *arguentur* A^{2}B^{2}F^1. 88,5 *arrogantem* HF^2, *abrogantem* ABF^1. 90,14 *sed iam* HF^2, *sed etiam* ABF^1. 133,1 *morte testamentove* HF^2, *mori*
testamento (1)
et testamentive B, *moritve* AF^1. 141,1 *quae a nece appellatae* HF^2, *quaea necea appellata* AF^1. 160,5 *libitum* HF^2, *libitu* ABF^1. 161,11 *consecuta* HF^2, *consecutam* ABF^1. 165,8 *imperanto* HF^2, *imperanti* AF^1, *imperato* B.

Ceterum non paucae insunt interpolationes in codice F^2 (e quibus nonnullae ab ipso correctore profectae esse possunt), ut p. 111,6 *conlegi* ABHF^1, quam lectionem corrector F^2 non intellexit et in *conlege* mutavit. 113,10 *nisi omnes hi multa] nisi omnes si multa* ABF^1, *nisi si omnes multa* F^2. 153,1 *apud Graecos ..... nominantur] gracchos* (*grecos* H, *graccus* B) ...... *nominantur* AF^1, *gracchus ..... nominat* F^2. 153,9 *minimam olim] minima mollem* AF^1, *minimam ollis* F^2. 157,2 *rursus idem Demetrius] rursus eidem demetrius* AF^1, *rursus demetrius* F^2. 157,10 *quod* ABHF^1, quam lectionem recepit Vahlenus; *quod* del. F^2. Ceterum *quicquam*, quod coniecit Lambinus, veram scripturam esse existimo. 168,4 *consulendo* H^3, *consuendo* ABF^1, *censendo* F^2. 169,4 *ec se] haec se* AF^1 (*ex se* B, *exe* H), *hoc esse* F^2. 170,1 *quodque ii* H^3, *quodque id* ABF^1, *quodque id quod* H^1, *quodque* F^2. 170,6 *prohibessit] prohibet se* ABHF^1, *prohibet* F^2. 171,5 *ergo* ABHF^1, *esto* F^2. 194,4 *fuerit* A^{2}BF^1, *fierit* A^1, *ferunt* F^2. 200,9 *peccante* ABF^1, *spectante* F^2. 202,8 *turbarique] turbariquae* AF^1, *turbari quod* F^2. 204,1 *singulis nisi] singulis si* AF^1, *singulisi* B, *singulis* F^2, qui *si* haud dubie consulto delevit.

Sed videamus nunc nonnullos locos, ubi **F^2** consentit cum codicibus illis, quos supra memoravi, **H^3**, **A^{2}B^2**, **K**.

Ac primum quidem complures afferendi sunt loci, ubi F^2 et H^3 consentiunt:

p. 11,2 *quae* ABH^{1}F^1, *quem* F^2(M)H^3 (interpolatio). 15,3 *egone* ABH^{1}F^1, *ego memini* F^2(M)H^3 (interpolatio). 17,5 *disputando* ABH^{1}F^1, *disputandi* F^{2}H^3 (interp.). 24,5 *satum* F^{2}H^3, *factum* ABH^{1}F^1. 99,3 *cleperit* ABH^1, *demserit* H$^{2/3}$ (ut opinor H^3), *depserit* F^2 (omisso compendio), interpol. 153,10 *legis*

F^2H^3, *leges* ABH^1F^1. 166,2 *quodcumque* FH^3, *quodquodcumque* AB, *quotquotcumque* F^1. 166,7 *urbista templa vias quas* ABH^1, *urbis-templa vias aquas* F^2H^3, qui *aquas* recte servaverunt. Ceterum quomodo totus locus sanandus sit nescio; coniecturae autem, quas adhuc fecerunt viri docti, ut Bakius *urbis tecta templa*, mihi non arrident. 167,1 *esse* F^2H^3, *sed* $ABHF^1$. 168,8 *lege* F^2H^3, *leges* ABH^1F^1. 169,6 *creverit* F^2H^3, *creavit* AHF^1, *creaverit* B. 170,7 *specimen esto] speciem mesto* $ABHF^1$, *speciem esto* F^2H^3 (interpol.). 173,8 *quam* F^2H^3, *quam com* A^1, *quam cum* A^2F^1B, *quam con* H.

Deinde cum A^2B^2 consentit F^2 (e. g.) his locis:

p. 37,7 *videtur* F^2B^2(H), *videre* AB^1F. 88,3 *haud* F^2B^2(H), *aut* AB^1HF^1. 103,6 *legi* F^2B^2(H), *lege* AHF^1. 106,1 *decet* $A^1B^1HF^1$, *docet* $A^2B^2F^2$ (interp.). 141,1 *tam denicales] tandelica lex* AHF^1, *tā delicta lex* B^1, *tam delfica lex* BF^2 (interp.). 141,2 *quam* F^2B^2, *quia* AF^1, *qua* B^1H. 146,7 *ignis* F^2B^2, *ignes* AHB^1F^1. 156,6 *exornari* F^2A^2, *exnari* A^1H, *exmari* B. 186,11 *cui ni cessissem] cui si cessissem* A^2F^2, *cui secessissem* F^1, *cui cessissem* A^1B.

Porro extant nonnulli loci, ubi $\mathbf{F^2}$ et **K** eandem praebent scripturam, ut

p. 24,4 *maturitatem* $ABHF^1$, *materiem* F^2, *materiam* (superscr. *materiem*) K, (*vel materiam* superscr. M!), interp. 34,13 *ius aeque* ABH, *iustitia* F^2K, (interp.). 52,9 *sin ea] sit in ea* A^1B^1H, *sic et* F^2K (interp.), *sic in ea* A^2B^2 (interp.). 82,4 *constat* F^2 (M) K, *constant* ABF^1. 85,1 *populus acceperit* $ABHF^1$, *populis praeceperit* F^2K (interpol.). 102,6 *amnibus] amanibus* $ABHF^1$, *manibus* F^3K (interp.). 103,4 *nos sacerdotibus] non sacerdotibus* A^2F^1*) (int.), *non a sacerdotibus* F^2K (int.). 103,5 *nam a patribus] nam patribus* $ABHF^1$, *non a patribus* F^2K (interpol.). 103,5 *acceptos* $ABHF^1$, *acceptas* F^2K (int.). 120,10 *nunc ut eadem exultent et cervices] nunc tute adem exultet cervices* AHF^1, *nunc tute adimi exulto cum cervices* F^2K (interpol.). 162,10 *quod* AB, om. F^2H.

---

*) Nonnullos locos attuli, ubi alter tantum correctorum consentit cum F^2; sed hoc nihil refert, cum utrumque ex eodem fonte hausisse certum sit (cf. Vahl. praef. p. V.).

Tum compluribus locis consentiunt **F^2**, **K**, **H^3**, ut:

p. 82,4 *constat* F^2 (M) KH^3 (Schwenkius adnotat in H *t* extr. correctam esse in ras. $^2/_3$; sed cum H^3 etiam aliis locis consentiat cum F^2K, *ι* a correctore 3 correctam esse puto). 162,11 *ulla* H^3F^2K, *illa* ABH^1F^1. 30,5 *coniunctionemque* F^2KH $^2/_3$ (sed cf. supra), *cuniunctionem* A, *coniuctionem* B, *coniunctionem* H^1.

F^2, **A^2B^2**, **K**:

p. 80,15 *profecta* F^2 (M) B^2K, *profecti* AB^1. 201,13 *et] ac* A^2KF^2, quae scriptura haud scio an sit in textum recipienda.

F^2, **A^2B^2**, **H^3 K**:

p. 10,3 *constituendi* $A^2H^3F^2$ (M) K ($= x^1$), *constituendo* $A^1H^1BF^1$; *constituendo* unde in x ortum sit apparet sequente *vero*.

Sequitur, ut de correctore **H^3** disputem. Hic quoque corrector a parte F^2, A^2B^2, K stat (parente x^1), saepissime autem consentit cum A^2B^2, ut:

p. 10,14 *capiat* $A^1B^1H^1$, *capiatur* $A^2B^2H^3$ (interpol.) 15,11 *populo* A^2BH^3 (FM), *populum* A^1H^1. 18,17 *ac potius* $A^1B^1H^1$, *at potius* $A^2B^2H^3$ (coniectura non inepta). 20,3 *appellat] appellarit* A^2H^3, *appellaret* B, *appellare et* H^1. 106,1 *vetusta in] vetustin* A^1B^1, *vet ut in* H^1, *vetus stat in* A^2H^3 (interp.), *vetus est in* B^2 (interp.). 113,4 *Mopsi* B^2H^3A, *moipsi* B^1, *opsi* H^1. 128,1 *haud* $A^2B^2H^3$, *aut* $A^1H^1B^1$. 146,12 *Poplicolae] populicolae* A^1H^1B, *publicolae* A^2H^3. 149,1 *lex solonis* A^2H^3B, *lexolonis* A^1H^1. 149,2 *locupletibus* ABH^3*), *loco pletibus* H^1. 149,3 *discrimen* $A^2B^2H^3$, *discrim* A^1H^1, *dis crem* B. 149,6 *pos funus* A^1B^1, *post funus* $A^2B^2H^3$ (interp.), *possimus* H^1. 150,6 *ut* A^2H^3B, *et* H^1 (A^1?). 150,7 *id quod ne] id quodque* $A^1B^1H^1$, *id quoque* $A^2B^2H^3$ (interp.). 150,8 *qua in* ABH^3, *quam* H^1. 151,1 *lex* A^2H^3, *ex* A^1H^1B. 151,5 *leges* $A^2B^2H^3$, *lege* $A^1B^1H^1$. 152,3 *bustumve* A^2BH^3, *(sepulchri) bus|cumve* H^1. 152,3 *vetat* ABH^3, *vetatat* H^1. 152,3 *tuetur ius* A^2BH^3, *tueturius* H^1. 152,9 *neniae* ABH^3, *veniet* H^1 (interpolatio a scriba z profecta). 154,2 *neglecta* $A^2B^2H^3$, *neclecta* $A^1B^1H^1$. 154,3 *nam et* ABH^3, *et* H^1. 154,3 *illo mores* Locus corruptus (optime, ut mihi videtur, a Vahleno sanatus); *illo mores* $A^1B^1H^1$, *ille mos* A^2B^2,

*) Attuli etiam nonnullos locos, ubi H^3 eandem praebet lectionem atque A^1B^1, H^1 autem falso descripsit vel scripturam in z mutatam praebet.

mos ille H^3 (interp.). 154,6 *sinus* ABH^3, *sim* H^1. 155,1 *sequebantur* $A^2B^2H^3$, *sequebatur* $A^1B^1H^1$. 155,6 *solonis* $A^2B^2H^3$, *solanis* $A^1B^1H^1$. 160,4 *cetera* ABH^3 (*cetaera* B), *celera* H^1. 161,1 *ut* A^2H^3, om. A^1BH^1. 161,2 *virum* A^2H^3, *utrum* A^1BH^1. 161,2 *admiratione* ABH^3, *admirationem* H^1. 162,5 *utilia* A^2BH^3, *ut illia* H^1, *ut illa* A^1. 162,9 *tam* ABH^3, *cum* H^1, *tum* H^2, (cf. supra). 162,10 *quod* ABH^3, *quot* H^1. 162,10 *legem* $A^2B^2H^3$, *lege* $A^1B^1H^1$. 163,1 *terraeque* ABH^3, *terraque* H^1. 163,7 *regalis* A^2H^3, *regales* A^1BH^1. 163,9 *regnant* A^2H^3, *reginam* A^1BH^1. 163,10 *placuit* A^2H^3, *placui* A^1BH^1. 163,12 *sentiremus* A^2H^3, *sentioremus* A^1B, *sentiorem* H^1 (omisso compendio). 164,1 *prudentia* ABH^3, *prudentiam* H^1. 164,13 *plato titanum* ABH^3, *platonium* H^1. 164,13 *e genere* A^2H^3, *egene* A^1BH^1. 164,16 *et istud* A^2H^3, *et stud* A^1BH^1. 165,4 *ab eo* ABH^3 (*habeo* B), om. H^1. 166,9 *pecunias aevitatis* $A^2BH^2/_3$ (H^3, ut opinor), *peccunia saevitatis* H^1A^1. 167,4 *potestas* A^2BH^2, om. H^1. 168,7 *ni interfuerint* H^3B, *ni interfuerit* A, *ini nter|fuerit* H^1. 169,5 *possint* H^3A^2, *possim* A^1BH^1. Mihi non dubium est, quin *possint* sit vera lectio (quam etiam Muellerus recepit; *possim* autem, quae lectio iam in archetypo x sine dubio extitit, facile nasci potuit insequente *imperia* (Vahlenus *possit* in textum recepit). 168,8 *gerunto sociis* A^2H^3 nisi quod in hoc *sotiis* scriptum est), *gerunt oso cius* B, *geruntos socius* A^1, *gerunt osotius* H^1. 170,1 *creassit* ABH^3, *erat sit* H^1. 170,4 *habento* ABH^3, *hanto* H^1. 171,11 *populi* ABH^3, om. H^1. 172,7 *patinuto* ABH^3, *faciunto* H^1. 173,6 *liberi* ABH^3, *libri* H^1. 174,5 *probat* ABH^3, om. H^1.

Sunt etiam nonnulli loci, quibus $\mathbf{H^3}$ cum $\mathbf{A^2B^2}$ et **K** consentit:

p. 19,7 *a legendo* $H^3A^2B^2K$, *aligendo* $A^1B^1H^1$. 23,4 *cum dis putandi* $A^2B^2H^3K$, *cum disputandi* $A^1B^1H^1$. 23,9 *autem* $A^1B^1H^1$, del. $A^2B^2H^3K$. 45,7 *quo* $A^2B^2H^3K$, *quod* $A^1B^1H^1$. 46,9 *confirmatura* $A^1B^1H^1$, *confirmatum* A^2B^2K, *confirmatura* H^3, qui *ra* cum errore non delevit (interpol.).

Solus autem $\mathbf{H^3}$ rectam habet lectionem non paucis locis, velut

p. 153,8 *ista res* H^3, *esta res* ABH^1. 153,8 *in c. figuli* H^3, *inc figuli* AH^1, *hinc figuli* B. 162,6 *leges ita* H^3, *legesis* A^1H^1, *leges his* B, *leges et hi* A^2 (F) K (interpol.). 163,7 *quoad ei* H^3, *quoad et* B, *quoad* (& add. m. 2) A, *quod et ad* H^1. 163,13

accommodabimus H³, *accommodavimus* ABH¹. 164,19 *verberibusve* H³, *verberibus ne* ABH¹. 165,5 *quodque* H³, *quoque* ABH¹. 165,8 *eorumque* H³, *eorum qui* ABH¹. 165,10 *servanto* H³, *spervanto* A¹BH¹, *spernanto* A² (F). 166,1 *signanto litis* H³, *signato litis* A, *signanto lites* B, *signantibus* H¹. 166,7 *vectigalia* H³, *vestigalia* ABH¹. 167,6 *disceptator* H³, *discertator* ABH¹. 168,4 *consulendo* H³, *consuendo* AB, *consuetudo* H¹, inepta coniectura 'scribae z. 170,1 *quodque ii* H³, quem Muellerus sequitur, (*quodque i* Vahlenus), *quodque id* AB, *quodque id quod* H¹. Minime verisimile est lectionem codicis H³ coniectura inventam esse et, cum *ii* potius quam *i* scribendum esse librorum indiciis appareat, Muellero adsentior correctorem H³ sequenti. 171,12 *maiorve* H³, *maiorque* ABH¹. 172,6 *docento* H³, *ducento* ABH¹. 173,5 *censoris* H³, *caesoris* AB, *caesaris* H¹. Hanc lectionem rectam esse mihi persuasi neque Vahleno adsentior *cesoris* scribenti, quoniam ipse concedit auctoritatem Vossianorum in rebus orthographicis non magnam esse. Ceterum Muellerus *censores* in textum recepit.

Ceterum glossemata fecit H³ superscripta vel in margine ascripta, ut

p. 166,6 *aevitates] aecivitates* H¹, superscr. *civitates vel aevitatis* H³. 151,1 *lege* ABH¹, in marg. *lex vetat* H³. 162,10 *legem a me dici intellegi volo]* ad *dici* in marg. adnotat H³ *nihil aliud intellegi volo.* 170,5 *sunto ast* in marg. *vel est* H³.

Neque coniecturae desunt, velut

p. 20,17 *illud* ABH¹, *illius* H³ in marg. (sc. *civitatis*) 53,7 *suapte vi] suapte* AB²H¹KF *sua sponte* H³; quae lectio interpolatione orta neque cum Halmio in textum recipienda est, nam cum etiam B² et K *suapte* habeant et corrector F² lectionem codicis F¹ non mutaverit, etiam in eo archetypo, ad quem redeunt K, F², H³, A²B², *suapte* extitisse certum est. 153,9 *minimam olim istius] minima molle mistius* H¹, *mimimam molem istius* H³. 167,6 *qui privata* ABH¹, *cui privato* H³. 168,6 *ollis] oius* AB (in A *o* erasa), *ius* H¹, *huius* H³. 169,3 *nec erunt] nec runt* ABH¹ *nec* H³. 169,8 *parcunto se* AB, *parcuntoteque* H¹, *parcuntoquę* H³. 173,5 *fidem legum] fidem legum* ABH¹, *fidem lege* H³. 173,7 *discedere* ABH¹, *discere* H³.

Reliquum est, ut de codicibus **K** et A^2B^2 disputemus. Atque de excerptis Hadoardi presbyteri (**K**) accuratissime egit Schwenkius (l. c. 399 ss.). Nostrum autem est, quo cognationis vinculo K cum reliquis libris mss. iunctus sit, ostendere. Sed iam supra explicavi eum stare ab ordine F^2, H^3, A^2B^2 parente x^1; artissime vero K et A^2B^2 cognatos esse, ut vix dubium esse possit, quin ex eodem fonte hauserint*), probant hi loci:

p. 19,8 *delectus* H, *detectus* A^1B^1, *intellectus* A^2B^2K (interp.). 20,5 *ante nata est] ante nota est* A^2B^2 (FM) K (interpol.), *annata est* $A^1B^1H^1$. 23,9 *parent* A^2B^2 (H) K, *parente* A^1B^1. 23,10 *praepotenti deo. ut iam] praepotenti deutiam* A^1B^1, *praepotenti unde etiam* A^2B^2K (interpol.). 24,6 *quomque] quamque* A^1B^1H, *nam quod* A^2B^2K (interp.). 24,7 *cohaererent* A^2K, *coherent* A^1BH. 25,5 *dei. ipsisque in hominibus] de ipsis quin hominibus* $A^1B^1H^1$, *dei.* (del. vel om. *ipsisque in hominibus*) A^2B^2 (FM) K. 25,9 *recordetur et agnoscat] recordetur agnoscat* AB^2K, *recordetur cognoscat* BH. In x videtur fuisse *c^aognoscat;* videtur igitur etiam hoc loco duplex lectio eo nata esse, quod archetypum qui correxit codice x^1 usus est. 27,5 *sollerter* H, *solerter* A^2B^2K, *solertas* A^1B^1, quae lectio unde in y orta sit perspicuum est antecedente *necessarias.* 27,8 *obscuras nec satis (inlustratas) intellegentias] obscuras nec satis intellegentias* H (= x), *obscuras nec satis intellegencias* A^1B^1 (= y), *obscuras nec satis intellegendas* A^2B^2 (qui haec verba cum *rerum plurimarum* coniungi voluit), *obscura nec satis intellegenda* K (qui haec verba cum *fundamenta* coniunxit). 28,5 *formavit oris* H, *forma ultioris* B^1, *forma tioris* A^1, *forma altiori* A^2B^2K (interpol.). 32,1 *naturalis boni* A^2B^2K, *natura libronae* A^1B^1, *naturali bono* H. 33,1

*) Quodsi in **K** saepe verba omittuntur, hac re nihil probatur; nam, quoniam excerpsit Hadoardus, certe nonnulla, quae inutilia esse duxit, consulto omisit, ut: 23,13 *de qua — loco* AB, om. K. 32,2 *levitate — delectans* AB, om. K. 33⁶/₇ *idcirco — conflictantur* AB, om. K. — Hic addam etiam coniecturas nonnullas inesse in K, ut 18,21 *idem* ABH, *ipsi* K. 17,5 *quid] quam quid* (in marg. *vel potius*). 22,8 *generatum* ABH, *conditum* K. 24,3 *perpetuis* ABH, *a perpetuis* K. Coniecturae autem certe ab Hadoardo ipso factae sunt hae: 37,10 *deorum* ABH, *dei* K. (sc. christiani, cf. 64,15). 47,6 *deos* ABH, *dei* K. 64,7 *a dis* ABH, *a deo* K. 81,6 *Jovis* ABH, *dei* K. 87,9 *dominos* ABH, *dominum* K. 87,9 *deos* ABH, *deum* K.

propterque] propter quae $A^1B^1H^1$ (sed in hoc *quam* m. 4 superscr., ut Schwenkius adnotat; fuitne fortasse m. 3 quem correctorem multis locis cum A^2B^2 vidimus consentire?), *propter quam* A^2B^2K (interpolatio; scil. *similitudinem* v. 2). 46,8 *atque* A^1B^1H, *atqui* A^2B^2K (interpolatio). 47,7 *non* H, om. ABK(F). 47,7 *metu sed* H, *metu et* A^2B^2K, *metus et* A^1B^1. 48,5 *naturae norma* H, *naturai normam* A^1, *naturā inormam* B^1, *naturali norma* A^2B^2K (interpol.). Cum etiam K praebeat *normą*, vides non recte cum Vahleno praepositionem *ad* addi, sed Heinsianum sequendum esse. 48,7 *honesta et turpia* A^2B^2K, *honesta turpia* A^1B^1H. 49,2 *ea autem* H, *haec autem* A^2B^2K (interpolatio), *autem* A^1B^1. 49,3 *posita* H, *ponere* A^2B^2K (interpolatio), *possit ea* B^1 (et A^1, ut opinor). 50,3 *honesta* A^1B^1H, *quam honesta* A^2B^2K (interpolatio, antecedit enim *aliter*). 51,7 *abducit: at vero animis* H, *abducit a vero; animis* A^2B^2K (interpolatio), *abducit ad vero anmis* B^1, *abducit ad vero animis* A^1. 51,7 *enumeravi qui] enumero vide qui* $A^1B^1H^2$ (*anum* .... H^1), *enumero unde qui* A^2B^2K (interpolatio). 52,1 *hac et scabie carent non* H, *haec et sabie carent non* B^1, *haec scabiae carent non* A^1, *hac et scabie non carent* A^2B^2K (interpolatio). 54,11 *iniustissimum* A^2B^2K, *iniustissimi* A^1B^1H. 57,1 *potest. Postremo* H, *potest remo* A^1B^1, *potest nam* A^2B^2K. 64,10 *nosceremus* H, *noceremus* A^1B^1, *doceremus* A^2B^2K (interpolatio). 67,7 *iudicandi scientia* H, *iudicium de scientia* A^2B^2K. 67,9 *quid sit quoique* HA^2, *quid sit cuique* B^2K, *quid si quoque* A^1B^1.

Videmus igitur codices nobis traditos redire ad duo archetypi (α) apographa (**x** et **x**^{1}), quorum x multo praestantius est quam x^1, qui codex ab homine docto scriptus plurimis interpolationibus inquinatus est, quamquam nonnullis locis veram servavit scripturam. Itaque ad lectiones archetypi α restituendas plurimum valent **A^1B^1**, cum e codicis **x** apographo **y**, cuius scriba bono consilio descripsit, derivati sint, paulo minus **H^1**, qui e codicis **x** apographo **z** fluxit, cuius librarius non paucos locos coniecturis inquinavit. Lectiones autem codicum **F^2**, **H^3**, **A^2B^2**, **K** ad usum subsidiarium relinquendas esse nemo non concedet.

Birtii de *quo* dativo appendix.

Plagulas istas, gratum mihi diligentiae sobriique iudicii specimen, dum perlego, vir doctissime atque carissime, de scripturis *quo quopiam* similibus ibi traditis ubi dativus casus pronominis relativi exigitur monendum te esse video; scilicet ne eas mihi cum despectu abicias ut solent qui libros edunt latinos. Iam enim quo subtiliore cura in disquisitiones pusillas grammaticas incumbimus, eo plures scripturas recte aestimare, ad causas grammaticas referre, a depravationibus monachorum quasi granula a palea secernere docemur. Ex pronomine autem relativo dativi formas non duas, sed quattuor, et *quoi* et *cui* et *qui* et *quo*, declinatas esse dixi Mus. Rhen. t. LI p. 493 et ibid. LII supplem. p. 191. Inter quas *qui* dativum, quippe qui regnet in Digestis, non ex *quoi*, sed ex *cui* ortum cepisse apparuit mutata tantum littera gutturali, conservata fere pronuntiatione quae fuit kyi vel ky. Quem equidem ad Ciceronis Catullique aevum transferre non ausim.

Iam vero optimae, tu quas pertractasti, Ciceronis membranae praeterquam quod identidem *quoi* illud antiquum conservarunt, simul tamen etiam formam *quo* commodant atque commendant. Nam ut mittam locum p. 109,1 ubi *quoique* BH, *quoque* A (fortasse 95,1 *quoque* in A idem valet), memorabiles loci sunt 60,11 ubi *quo* AB, *cui* H; 64,12 ubi *quopiam* AB, *cuipiam* H. Quibus certe duobus locis *quo* in archetypo fuisse, *cui* manu emendatrici deberi confidas. Accedit quod 67,9 *quoque* et in AB et in H est asservatum. Quodsi hunc De legibus archetypum ad ipsam exeuntem antiquitatem Romanam referre licet, antiquus fuerit dativus *quo* necesse est. Neque desunt quibus ista corroboretur conclusio. Primum enim *qui* fere ter, bis vero dativus *quo* traditus est in Rhetoricis ad Herennium (I, 10; IV, 46; cf. Mus. Rhen. suppl. p. 192 adn.). Item in epistulis Ciceronis ad Att. IX, 1,4 offert Mediceus: *dabimus hoc*

Pompeio, *quo debemus* (cf. O. E. Schmidt in Mus. Rhen. LII p. 146). Frequentius idem in Plauti Palatinorum archetypo extiterat. Licet enim pravas lectiones Amph. 520 *Quo lego* et Poen. 815 *quo ire,* natas scilicet ex *Quoi ego* et *quoi re* neglegamus, gravius est quod in Curculione cod. V et v. 531 *quo* ex *qui* correxit et *quo* tradidit v. 538 et 543. Iam vero Men. 493 in Vetere haec:

Cur ausus facere *quo* ego aeque heres eram;

CD *cui;* edunt *quoi; quo* in P adfuisse facile credas. Idem de Aul. 420 confirmatius sustinendum, ubi et BD et V:

Neque *quo* ego de industria amplius male plus libens faxim.

Denique Pseud. 682 *quo vortit male* ipse P, ubi A *quoi;* item Cistell. 574 *Quo illam dedisset* omnes libri, *quoi* intulit Camerarius. Item *quo* Capt. 787 in P; *aliquo* Men. 623 in B. Nec non Glor. 588 corruptela quae est in B ex *quo* dativo profecta esse videatur.

Iam ab archetypo hoc Plautino ad antiquas illas schedas Vergili Vaticanas F vix eas post quartum saeculum perscriptas procedere conceditur; nempe in his quoque QVO dativus plus semel comparuit et Georg. III 211 et Aen. I 267. Et ne hic quidem subsistendum. Scriptum est enim in titulo Puteolano CIL. X 2311 (Buecheleri carm. epigr. 420) v. 1 sq.:

(Qui) legis hunc titulum, quid no(men) scire laboras,
(Qua)e fuerim, *quo* nupta viro (libe)rtave quoius.

Quam inscriptionem conceptam non esse post saeculi II initium satis constat.

Quae cum ita sint, ad obsoletam hanc dativi formam sicuci in mss. emergat, sedulo esse attendendum aio. Iam enim demonstratum est non medio aevo natam esse neque erroribus librariorum tribuendam, sed linguam antiquam ipsam eam generavisse, ut ubicumque se offerat, ad libros scriptorum archetypos, quorum multi saeculis III—VI originem ceperunt, referenda esse videatur. Itaque illud *quo* licet Ciceronis manui adiudicare non audeamus, illatum tamen in opera eius esse potest non ita multo post eius mortem. Retinendum censeo apud Petronium ed. III p. 25,25: *ego nemini invideo, si quo deus dedit.* Denique sicut *qui* dativus ex *cui*, ita *quo* ex ipso

quoi per abiectionem simplicem videlicet ortum est; fuerunt enim etiam saeculo II teste Velio Longo qui et *coi* et *hoic* efferrent conservarentque *o* vocalem (Mus. Rhen. suppl. p. 174); accedit quod ad admittendam hanc formam in *o* cadentem dativorum *bono probo viro* similium analogia invitabat. Quae sententia etiam eo confirmatur quod in titulo Puteolano quem adscripsi iuxta et *quo* pro *cui* et *quoius* pro *cuius* eodem in versu scalptum est. Unde *quo* aeque atque *quoius* prisci et genuini aliquid habere visum esse apparet. Neque igitur casu factum est quod eundem dativum *quo* non quidem in Digestis, sed in ipsis Plauti, Vergili, Ciceronis de legibus codicibus deprehendimus quippe qui prisca haud raro iidemque etiam genetivum *quoius* ostendere soleant. Denique *qui* dativus recentioris latinitatis, *quo* priscae speciem prae se fert.

In eo autem nolo immorari quod apud Plautum ubi occurrit hic dativus, duobus locis gravissimis elisionem plenam passus est; nam et Cistell. 574 *quo illam dedisset* quinque syllabae pronuntiantur et Aul. 420 sic nimirum accinendus versus est: *Neque quo égo de indústria ámpliús* eqs. Certe *quoi* ubi elidebatur, *i* litteram sive vocalem sive semivocalem dixeris, omnino evanescere debuisse vix poteris negare. Itaque etiam Capt. 157 *quo* restituerim; codd. *quod.*

Vita.

Natus sum **Erduinus Schramm** anno h. s. LXXII die XXII mensis Ianuarii in vico Gr.-Giesen prope Hildesiam sito patre Carolo matre Clara e gente Busse. Fidei addictus sum evangelicae. Hildesiae gymnasium adii, quod vocant Andreanum, unde vere anni XC maturitatis testimonium adeptus Lipsiam me contuli, ubi per sex menses studiis operam dedi philologicis. Deinde autumno eiusdem anni Gottingam migravi, tum Berolinum, unde vere anni XCIII profectus sum Marpurgum Chattorum. Hic docuerunt me viri clarissimi Bergmann, Birt, Dieterich, Koester, Natorp, Niese, Schroeder, Schulze, Wissowa.

Seminarii philologici per ter sex menses sodalis fui ordinarius; historico seminario ut per duo semestria interessem benique concessit Benedictus Niese. Ad exercitationes philosophicas me admisit Natorp. Quibus viris omnibus gratias ago debitas, imprimis vero Theodoro Birt et Georgio Wissowa, qui praeter ceteros fautores studiorum meorum adiutoresque extiterint.